

# B R E V I S E P I T O M E

in qua præcipua Rhetoricæ capi-  
ta, tanquam flosculi quidam sedula ma-  
nu collecti, continentur, in gra-  
tiam studiosæ iuuen-  
tutis;

2

Auctore Vincentio Blasio Garcia Valentino, pri-  
mæ Classis præfecto, & publico Rhetoricæ in-  
terprete ad nobilissimum & ornatissimum  
virum Ioannem Ruyzium Castell-  
blanch patritium Valen-  
tinum.

## PROLEGOMENA.



I R A R I satk non queo, Audito-  
res humanissimi, quid uenerit in de-  
mentem seniori Plinio, alijsq; no-  
bilis ingenij uiris, & clari scripto-  
ribus nominis, ut parum considerat  
me dicam temerè, naturam rerum omnium  
parentem, & procreatricem, accusent; & maledi-  
centiae fræna laxantes, exclament; eam se se nobis  
non matrem, ut decebat, sed nouerçam, quod mi-  
nimè fuerat expectandum, præstítisse. Hinc audi-  
re est eorum inanes, & nihil profuturas querelas,  
orationem insolentem, & omnis expertem huma-  
nitatis, qua, omnes humanae uitæ partes percur-  
rentes,

Inanes quo-  
rundam de  
natura qua-  
relæ.

# BREVIS EPITOME

entes, brevi se demonstratos confidunt, nihil  
pieri, ac ne fingi quidem posse homine miserius, ni-  
bil acerbioribus curis distentum, atrocioribus pe-  
riculis expositum, ut qui sit corporis natura fra-  
gilis, consilij temeritate præceps, actionum sua-  
rum exitu calamitosus. Quæ etiam si uera essent,  
eorum tamen acerbitatem, aut amaritudinem fa-  
cillime aut tollerent, aut certe imminueret rarissi-  
ma illa duo munera, quæ soli homini ex cunctis  
animantibus singulari liberalitate conceperit; Ra-  
tio, & Oratio.

Duo naturæ  
munera.

Ratio Diale-  
sticæ est.

Quinque vi-  
ta Rationis.

Oratio ad  
Grammati-  
cam, & Rhe-  
toricam per-  
tinet.

Oratio in-  
strumentū,  
& opus Rhe-  
torica.

2 Rationis cura præstantissimam differendi ar-  
tem, rectè, ac caste iudicantium consensu tangit,  
quæ inuenta est ad corrigēda quinq; uitia Ration-  
nis; Absurdum, Ambiguum, Falsum, Inconsequēs,  
& Obscurum, quibus uelut turpisima labemens  
humana polluitur à ueris in falsa coniecta, & è  
clarissima luce in tenebras deturbata.

3 Orationem Grammatica, & Rhetorica sibi  
quasi suo iure uendicarunt. Ex his ultimā aggressi-  
suri, faciemus non minus prudenter, quam oppor-  
tunè, si quid sit Oratio; unde dicatur, & quo tu-  
plex sit, breuiter perstringamus. Oratio siquidem  
Rhetorice instrumentum est, cum illius adiutus be-  
neficio, que dicit, præstat orator; opus, cùm est  
quipplam ex arte confectum.

4 Elegās est, & multorum sermonibus, ac scri-  
ptis celebrata Aristoteles, orationis definitio,  
quam

quam tacitus præteribo, ut difficilem, & laboriosam; et in illius locum aliam multo faciliorem, & omnium sermone magis tritam, docendi, & discendi commoditatem secutus, consulto substitua; Mensis index, quæ nominibus, & uerbis sensum animi, & tacitam cogitationem exponit.

Orationis definitio.

5 Oratio dicta est, quasi pars ratio, uel, ut qui=busdā placet, à posteriori supino uerbi, oro, oras, deducta. Græcè λόγος appellatur. Quæ Etymologia cum ambigua sit, possitq; in uarios, atq; diversos sensus rectorqueri, ea reiecta, Latinam obuijs, quod aiunt, ulnis amplectemur.

Etymologie

6 Oratio triplex est; Philosophica, uel necessaria, cuius adiumento, quasi praesenti numine, in altissimo puto, ut sensit Democritus, demersa ueritas extrahitur, extracta in hominum proscenium uenit; Forensis, uel Rhetorica utilis iure dicitur, cum ea bene moratis, & bene constitutis ciuitatibus, & in quibus non solum animus, sed etiam oratio libera esse solebat, multorum, & ingentiū commodorum caussa extiterit; Poëtica, quæ iucunda dicitur, quòd inuenta tantum sit ad aures demulcendas, animosq; mirifica uoluptate complēdos.

Quotuplex oratio.

7 Hanc triplicem orationem ex triplice humano uestitu colligimus. Texit namq; natura militē armis pro necessitate, ut illis egregie protectus, hostem ferire; ac profigare, uictorieq; superstes.

Vnde colligatur triplex oratione

B R E V I S E P I T O M E

de re feliciter gesta, cum omnium gratulatione,  
gloriari possit: ad talos usq; demissa toga, uestis  
est utilis Senatori, ut ea personæ, à Republica im-  
positæ dignitatem repræsentet: serice, oloserica  
uestes, cæteraq; corporis ornamēta nitidiori ci-  
ui relinquuntur.

De inuen-  
to, digni-  
tate, & utili-  
tate Rheto-  
rica.

Diodorus Si-  
culus, lib. i.  
Bibliotæ  
sue.

lib. 6.

Horatius li-  
br. i. ode. 10.

Arist. senten-  
tia.

8 Rhetoricam, uel forēsem orationem aggressa-  
re, dignita-  
tate, & utili-  
tate Rheto-  
rica.  
suri commode illius inuentorem, dignitatem, &  
utilitatem describemus. De inuentore Rhetorica  
tam uarie, tamq; discrepantes sunt excellen-  
tium Rhetorum sententiae, ut quamvis illud sem-  
per uerum fuerit; Q u o t capita tot sententiae,  
hac in resit lōge uerissimū. Diodorus Siculus scri-  
ptor baud in postremis habendus, inventionem  
tantæ artis Mercurio acceptam refert. Cui, ut ho-  
mini parum constanti, & cùm minus bene, tum  
contra seipsum sententi nequaquam assentimus.  
Oblitus enim eorum, quæ dixerat, Mercurium nō,  
ut antea inuentorem, sed interpretem facit: Nec  
me mouent Horati uerba;

„ Mercuri, facundæ nepos Atlantis,  
„ Qui feros cultus hominum recentum  
„ Voce formasti catus, &c.

9 Aristoteles, qui diuina ingenij acie infinita-  
tem omnem peregrinatus est, siculos quosdam  
Coracem, & Tisiam Rhetoricæ cognoscit auto-  
res. Leguntur enim hæc Aristotelis uerba latini-  
tate donata in eo libro, quæ Cicero de claris orato-  
ribus

ribus inscripsit: Sed ait Aristoteles, cum sublatis,,  
in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo,,  
iudicijs repeterentur, tunc primum, quod esset a=,,  
cut dilla gens, & controuersa naturâ, artem, & ,,,  
præcepta Siculos quosdā, Coracem, & Tisiam cō ,,,  
scripsisse. At qui rerum auctores, non fabularum  
& esse, & uideri uolunt, Rhetoricæ originem à  
natura, cuius magna uis est, & penè incredibilis,  
tanquam à fonte repetunt; additum incremen= Verior sen-  
tientia de ori-  
tum ab hominum obseruatione credunt; tandem  
affirmant ab ijs, qui & expendebant diligentius, Perfectio,  
& disputabat omnia subtilius, atq; adhibitis præ= ceptis, adiuncta q; doctrina insitam ingenij uim, excolere, & ornate, studiose q; dicere contendebant, eò perductam, ut nulla posterorum exercitatio, nullum, quantumuis acre, studium, nulla industria, aut pertinax labor quidquā addere quod illi supina prævaricatione, aut ignobili desidia prætermisserint, uideatur posse.

10 De utilitate, & dignitate Rhetoricæ si uerba facerem, ut animos studiosorum quasi otio languentes ad tam præclaram rei cognitionem excitarem, perinde facerē, ac si currenti satis sua spōte equo stimulū admouerem; quod semper est habitum impudentis.

11 Rhetorica est benedicendi doctrina: nec mirum si Græcas uoces Latinis immisceamus, cùm Latina sit nulla, que Græcae respondeat. Marcus

Incrementum.

De dignita-  
te & utilita-  
te.

Rhetorica  
definitio.

B R E V I S E P I T O M E

Tullius laudem, artem, uim, facultatem, doctrinam, virtutem, copiam, rationem, uiam, exercitationem, studium, consuetudinem, scientiam benedicendi, artificium dicendi appellat, et artificiosam eloquentiam.

Vnde dicta  
Rhetorica.

12 Dicta est Rhetorica à uerbo Græco, in usitato illo quidem, et penitus obsoleto, ἀρετή, quod olim apud Græcos idem significauit, quod nunc apud Latinos, dico, eloquor, et fluo: ut hinc quis intelligat, in oratore, præter artem, atq; precepta dicendi, fluxum orationis, ubertatem, copiam, ac pene dicam flumen desiderari.

Quid sit be-  
nedicere.

13 Benedicere est, ornatae, distincte, copiose, et ad persuadendum accommodate loqui, ut à negligenter culto, et usitato Grammaticorum, atq; ab horrido Dialecticorum sermone florens, elaborata, et omnibus ingenij luminibus lita Rethorum distinguatur oratio.

Rheticam  
artem esse.

14 Sunt nonnulli tam absurdis sensibus, depravatoq; iudicio, qui, ut Rheticam à reliquarum artium numero arroganter excludant, Platонē, Aristotelem, et M. T. Ciceronem sue insanissimae sententiae auctores fingunt. Hinc audire est eorum orationem impudetissimam: Aristoteles, cuī facilis quiuis, ac libentius assentiatur, solo nutu significanti, quam omnibus qui nunc ubiq; terrarum sunt. Philosophis iure iurando confirmantibus, de Rheticā disputatis, eam non appellavit artem

Prima ratio  
contra Rhei-  
toricam.

Aristotelis  
sententia.

artem, sed facultatem, ergo Rhetoricam qui artem appellat, cum minus bene, tum contra Arist. sentit. Alioqui iniustus esset, et plane iniquus rerum estimator, si quam artem nouerat, eam non libenter artem praedicaret.

15 Iam Plato, dij uestram fidem! qui uir? quibus laudibus? quanta sapientia? in Phaedro non modo negat artem esse, sed etiam nulla ratione esse posse demonstrat.

16 Denique M. Tullius, cuius uos oratores dicta, ut oracula, præcepta, ut sanctissimæ leges obseruare consueuisti, primo oratorio ad Q. fraterem, exclamat Rhetoricam aut non esse artem, aut esse pertinuem. Quare si rationes à præstantibus doctrinæ uiris acutè subtiliterq; conclusæ uos, cœca animi obstinatione deprauatos minus mouent, moueat saltem horum uirorum auctoritas, quæ tanta fuit apud antiquos, et nunc est, et, ut speramus, apud posteritatem omnem erit, quanta esse potest maxima.

17 Hæc isti: at nos contra. Quis enim unquam, qui sanus esset, in hunc modum colligeret: Aristoteles non dixit, ergo non est. Mendosa est, medius fidius, fallax, et captiosa colligendiratio.

18 Plato præterea, quem tanti nos facimus, ut istis alienæ laudis, et gloriæ obstrectoribus nequaquam cedamus, si in Phaedro Rheticam negauis artē esse; at in Gorgia aliter sensit, cum scri

Secunda re-  
tio.  
Platonis sca-  
tentia.

Tertia Cice-  
ronis senten-  
tia.

Solutio pri-  
ma.

Secunda,

## B R E V I S E P I T O M E

psit artem esse seruantem, quasi pernobili palino dia cum lōge clarissima arte, cuius maiestatem offendereat, reconciliari uellet, & quæ immerenti conuicia fecerat, ingenuo ore delere percuperet.

Tertia,

19 Tandem illud, quod Ciceroni falsò adscribunt, quam frigidū, & ineptum sit, uel inde qui uis certissima coniectura deprehēdet, quod in eo, qui est de oratore ad Q. fratrem, M. Tullius. L. Crassi personæ, quem loquentem in eo dialogo fecerat, seruire cogeretur. Etenim dum uixit Crassus, eam de Rhetorica, in qua unus inter cæteros excellebat, animo opinionem imbiberat, ut audacter affirmaret, eam aut non esse artem, aut esse pertenuem. Necesse igitur habuit Cicero, Crasso mortuo, sed loquenti tamen, eandem sententiam tribuere, quam dum uixit, mordicus tenuit. Verum exutis compedibus, quas, ut seruaret decorum, sibi ipsi nexuerat; nec habens aliunde scribēdi, nec sentiendi suspensas rationes, ut in libello de claris oratoribus, & alijs innumerabilibus in locis facit, eò existimationis Rheticam euebit, ut pene reliquas omnes huic uni uelut Reginæ, ac domine famulari dicat.

Quid sit ars.

20 Ars est, ex multis præceptionibus, atq; nötitijs, usu, & exercitatione conquisitis, & in unū exitum, ac finem spectantibus, animi habitus constitutus; uel earum coaceruatio. Quæ omnia cùm in Rheticam apte cadant, ineptus sit, & inops à iudi-

à iudicio, qui Rhetoricam ex altissimo reliquarū artiam gradu deturbandam putarit.

21. Materia artis ea est, in qua omnis ars, & ea facultas, quæ conficitur ex arte, uersatur. Quibus ita iactis fundamentis, facillimum erit nostræ artis materiam inuestigare. Erit enim, nisi meueritas ratiocinantem fallit, omnis res, quæ orationis ornatum admittat, aut de qua benedicere possit orator. Rhetorica siquidem aut in certis quibusdam rebus uersatur, aut nullam sibi subiecit rem, aut omnes. Si quis dicat omni Rhetoricam materiam carere, præterquam quod sapiētibus uiris ingentes risus excitabit, ingenij sui præterea tenbras patefaciet, omniumq; seipsum ludibrio exponet. Quorsum enim tot præcepta inuēta sunt, tot confecta uolumina, tot diuinorum ingeniorū edita monumenta, si nihil habent solidū, nihil expressum, & eminens; nulliusq; rei usui seruiunt? si ad certas res configuat; libenter ~~x~~ gabo, quenam sint istæ res certæ, intra quarum angustias uelit artem tam latè patentem, tam longe manantem, comprimere, ac coërcere. Iam ergo cum prima, & secunda opinio omnium sit damnata consensu, ut quæ à ueritate longissimè absit, restat, ut fasteamur, omnem rem materiam esse Rhetorice.

Quid sit materia.

Rhetoricae  
materia om  
nis res. &  
qua ratione  
colligatur.

22. Nec inde sequitur, quod imperiti quidam uolunt, nostra sententia insignem edi, & luctuosam reliquarum artium stragem; quando haec una ne-

Rhetoricae  
nihil offere  
re reliquis  
artibus,

B R E V I S E P I T O M E

cessaria, & amplectenda, reliquæ superuacaneæ,  
& explodendæ uideantur: hæ namque ueritatem  
exquirunt, illa uerisimile consecutatur.

Rhetoricam  
enim Diale-  
tica non cō-  
fundit.

23 Illud præterea ridiculum est, & non philoso-  
phantum, sed delirantium hominum commentū,  
Rheticam, & Dialecticam, quod utraq; de om-  
nibus rebus agat, permisceri, atq; confundi: cùm  
apertius sit, quam ut à quoquā declarari debeat,  
tunc duas artes easdem esse, cùm earum idem est  
finis, eadem probandi ratio, & eiusdem materiæ  
eadem consideratio.

Discrimen  
inter Rheto-  
ricam, & Dia-  
lecticam.

24 Zeno, cùm digitos dilatauerat, manumq;  
extenderat, illius palmæ similem Rheticam esse  
dicebat; cùm uero digitos cōtraxerat, pugnumq;  
secerat, arbitrabatur se ueram, & quasi ad uiuum  
expressam Dialecticæ imaginem ostendisse. Sed  
stulte decipitur.

Rheticæ  
officium.

Quid sit of-  
ficium.

Quid sit fi-  
nis, & Rhe-  
ticæ finis.

25 Rheticæ officium est (nam de discrimine  
mox agemus) benedicere, aut nihil prætermittan-  
te eorum, quæ ualent ad persuadendum. Idq; ex  
officij diffinitione colligitur, quæsic habet; Offi-  
cium est, id, quod artifex præstare debet, ut finis  
consequatur.

26 Cùm finis sit, ad quem omnia, que in arte  
tractantur, referuntur, ipse uero alio non refera-  
tur, cæcus est, qui non uidet; stupidus, qui non ag-  
noscit; amens qui non ingenuè fatetur, persuader  
re finem esse Rheticæ.

Distincta

- 27 Distinguitur Rhetorica a Dialectica, quod illa in hypothesis, hoc uero in thesis uersatur. Verum Rhetoricae discit inen.
- 28 Thesis, Latine propositum, seu consulta= tio, est, questio indefinita, que de uniuerso gene= re agit; ut sitne ducenda uxor: hypothesis, que= stio finita, est, que ad res priuatas, singularesq; de= scendit; ut sitne ducenda uxor Catoni, hoc puer= la, his orta parētibus, tenui ornata dote, honestis prædicta moribus, tenera etate, & infirma.
- 29 Questionum finitarum, seu controversiarū finitarū tria eria sunt genera; exornationis, seu ut vocant, de= genera. monstratiuum, quo aut laudamus honestum, aut ui= tuperamus turpe; Deliberationis, seu deliberati= um, quo suademus utile, dissuademus inutile; iudi= cij, aut iudiciale, quo defendimus iustum, & accu= sumus iniustum.
- 30 Tandem Rhetorica in quinque partes diui= ditur; in inuentionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, & actionem. Nunc operæ pretium ca= rit, de unaquaque barum partium priuatam disputationem instituere; quādo, que ad prolegomena pertinebāt, sīc iam ad extēmū perducta co= lophonem.

(?)



VIN.

# VINCENTII BLASII

## Garcia Præfatio , cum primam Rheticæ partem, inuentionem, aggre- deretur in magna insignium viro- rum frequentia, atque concursu.

Ex 4. Aenci  
dos.



C E A N V M interea surgens Auro  
rareliquit,  
It portis , iubare exortc, selecta iu-  
uentus:

Retiarara , plagæ, lato uenabula  
Massyliq; ruūt equites, & odora canū uis. (ferro,  
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi  
Pœnorum expectant, ostroq; insignis, & auro  
Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.  
Tandem progreditur magna stipante caterua,  
Sydoniam picto chlamidem circundata limbo:  
Cui pharetra ex humero, crines nodat̄ur in aurū,  
Aurea purpuream subnectit fibula uestem.

Nulla imagine, aut similitudine accuratius ex-  
primi, nullo in speculo uerius cerni potest hodie-  
ri diei celebritas, uesterq; in hanc classem concur-  
sus, uiri omni laude maiores, quam his Virgilianis  
Carmenibus, que Reginam Didonem , magnifico  
apparatu, atq; uisendo, magna procerum frequē-  
tia, &

tia, & per illustri pompa ad uenationem prodeūtem: ita describunt, ut omnium oculis pene subijciant. Quemadmodum enim ante Solis ortum, al= Delecta in-  
bescente die, se omnibus portis uenatum delecta- uentus.  
ex tota nobilitate iuuentus effuderat; sic nunc ad nos ea præcepta, & quasi vias, quæ ad Romanam eloquentiam feruunt, tradituros, nobilissimæ indo-  
lis iuuenes, summa laetitia exultantes, confluerunt clarissimæ & artis, & linguæ diuitias, copio-  
se loquentis sapientiæ immensas opes, & thesau-  
ros, ut sic loquar, uenaturi. Ruunt præterea Massy li Equi-  
li equites, Philosophiæ nimirum candidati, opti-  
morumq; artium cognitione ornatissimi iuuenes,  
qui grauissimarum rerum, & maxime astrusarū  
studij intenti occupationibus impediti, laboribus  
pene fracti, uix credibile est, quantum in eloquen-  
tia Romana promouerint; quam sit eorum orna-  
ta, quam illustris oratio, quam purus, ac Latinus  
sermo. Exspectant eloquentiam, omnium artium  
reginam, ac principem qui uiri Pœnorum primi,  
nobiles, & magni Philosophi, Theologorum ma- Poenoram  
ximi, Atlantes nostræ Academiæ, in quos, ut ho-  
mine maiores, omnes omnium oculi, omnium ora  
conuertuntur, exspectant, inquam, eloquentiam,  
quæsthalamo cunctantem, & in publicum prodi-  
re, ingenuo pudore uerentem, & tam insolitam  
lucem, tam inexpectatam rerum faciem formidā-  
tem. Quanquam nihil est, ut uerum fatear, quod eloqua-

B R E V I S E P I T O M E

eloquentia pertimescat, quæ summos Reges, qui,  
quantum uellent, tantum sibi licere credebant, cir-  
cunscriptis, & in uitos in officio continuit: iratis,  
& in alienam perniciem ruentibus gladios extor-  
sit: se uisimos tyrannos, & cruore hominum tin-  
etos aut ē medio sustulit, aut meliores effecit. Ec-  
quæ. Diū immortales, fuerunt fulmina illa in Phi-  
lippum Macedoniæ Regem, Græciam dolo malo,  
& insidijs occupantem? Quæ in Tarquinios in-  
tolerandæ superbiæ Reges? Quæ in L. Catilinā,  
orbem terræ cæde, atq; incendijs uastare cupien-  
tem? Hunc quem neq; pudor à turpitudine, neq;  
metus à periculo, neq; ratio à furore, neq; patriæ  
pietas à nefario scelere reuocabat, eloquentissimi  
hominis uox potius, quam consulis seuerissimi im-  
perium, in eam mentem impulit, ut iam suis com-  
moueri uitijs, legum pœnas pertimescere, tempo-  
ribus Reipublicæ cedere uelle uideretur. Saltē fu-  
gam meditatus est; exilium cogitauit. Quæ in Rub-  
rum Tribunum seditiosum, & turbulentum? Quæ  
in M. Antonium euersorem Romane libertatis,  
pestem, & exitium Reipublicæ, communiq; ome-  
niū patriæ molientem: nullum, mibi credite, bo-  
stibus bonorum, & uexatoribus ciuium telum ex-  
cogitari, aut singi potest infensius, nullū paratius,  
nullum expeditius, eloquentia. Potestne præterea  
esse ulla talalux, ullus tantus splendor obijci, qui  
sit eloquentiae insolitus, & inusstatu? Quæ in flo-  
rentissimis

rentissima Atheniensium ciuitate orta, et educata, et perfecta hominum generi uelut immortale lumen apparuit, obscuritatē, et caliginem amet? Quam populus Romanus, qui rerum potitus est, maximis semper, et amplissimis honoribus auxit, adeò, ut qui omnes nationes sibi uni parere coegerit, huic uni libenter paruerit, facesq; submiserit, et latebras, et solitudinē persequatur? Qua sublata, qui in tenebris, naturaq; inuolutis questio-<sup>Ineommodo ex interitu</sup>nibus studium, operamq; suam ponunt, nihilo plus agerent, quam si tenebras tenebris offunderent, ea se se ab hominum oculis subducat. et in situ, sordibus, squalore delitescat? Non est hoc eloquentiae maiestati decorum, non amplitudini consentaneū, non cum illius sapientia coniunctum, non gloria, quam est nachalögē maximam, accommodatund. Si igitur eloquentia est, magnum diuinæ libertatis beneficium (cā namq; supra humanam conditio-<sup>ALEXANDER PP VI VALINUS</sup>nem extollimus; cū reliqui hominibus eius unius beneficio præstemus) si ea continet inseparantem utilitatem, tamq; uberes fructus, ut nos cūctis mortalibus gratos, amabiles, atq; iucundos efficiat; si populos, populorumq; rectores, si reges, eorumq; regna ordine, lege, atq; ratione constringit; si deniq; omnium animos saluberrimis præceptis ad uitam virtutem informat, ipsa profecto est uita lux, morum magistra, gubernatrix actionum nostrarum. Me, me, inquam, insolitus iste splendor, et lux ex-

Vbi rata eloquentia, au-  
da, perfecta

Quanti à Ro-  
manis facta  
eloquentia,

<sup>Ineommodo</sup>  
<sup>ex interitu</sup>  
eloquentia,

## B R E V I S E P T I F O M E

cæcat, orbatq; sensibus: hæc primæ nobilitatis, summæq; auctoritatis noua facies meum os occludit. Qui oratores, quamvis summa ingenij, doctrinæ, & eloquentiæ laude præstantissimi, in conspe-  
ctu uestro, uiri clariſſimi, non obmutescunt? Cuius non dicam, oculorum, sed mentis aciem non per-  
stringet uestra præsentia; & auctoritas tanta, quā  
ta esse potest? Quis ergo miretur hodierno me die  
improuiso metu territum, animo fluctuare; & stu-  
doq; uehementer modo in spem erigi, modo formi-  
dine; & pudore frangit? Angor animi uehemēterq;  
perturbat, quod si quam forte in spem uenerā fo-  
re, ut silentio mea posset inscitia, & infantia tegi,  
nunc totam deponere cogar, non aliter ac Socras-  
ticus tybicen, qui quamdiu se à canendo abstinuit,  
& laudari potius ab imperitis stlens, quam irride-  
ri à sapientibus modos faciens uoluit, tamdiu ho-  
minum opinione floruit: at inani ambitione tu-  
mens, cùm suæ peritiæ specimen dare cœpit, re-  
pente sibilis explosus est, & derisus. Hinc uix e-  
quidem statuere possum, maioremne mihi uester  
inopinatus aduētus utilitatem & gloriam, an de-  
trimentum, & ignominiam, cùm acceperim in in-  
juria beneficium attulerit. Utilitatem enim inde  
maximam capio, quia dum meas uires experior,  
& earum infirmitatem sentio, ut me penitus inspi-  
ciam, & humilitatis meæ recorder, & me intus, ut  
aiunt, & in cute noscam, effecisti; ideoq; notior  
mibi

mihi ipse factus, incipiam, reuocata ad ueritatem  
 ratione, minus me amare, si tale quippiam in cū  
 cadere possit, cui sua sēper displicet. Hoc tāti sem  
 per fuit, tantiq; ab omnibus factum est, ut inter sa  
 luberrima, humanae q; uitæ necessaria præcepta,  
 illud præcipue ueteres illi, prudentissimi guidem  
 homines, Apollinis oraculo adscripscrunt. Hoc no  
 mine quantum à uobis habeo beneficium? quas uo  
 bis debeo gratias? Vnde facile colligo, optimis ui  
 ris ita insitam esse, & ingeneratam à natura bene  
 agendi cupiditatem, ut ijs, apud quos aliquantum  
 commorantur, tantum fructum afferant, quantum  
 ulla res possit. Viui consilio, prudentia fortitudi  
 ne, iustitia, & reliquias animi bonis Reipublicæ pro  
 sunt maximè; secundis rebus lætitiam augent; ad  
 uersis remedia adhibet salutaria & ueluti Di⁹ qui  
 dam immortales, magna, & plurima uel in suos  
 ciues uel in patriam, uel in omne hominum genus  
 beneficia conferunt; mortui (quanquam quomodo  
 mori possunt illi, quos ante obitum præclarissimæ  
 uirtutes reddiderunt immortales) exemplo, & me  
 moria recte factorum ad honestas actiones, exer  
 cendasq; dignas uiro uirtutes accendunt. Fateor  
 etiam, uestrum ad me beandum aduentum plurimū  
 maluisse, quod facile sit existimare, me nequaquam  
 esse obscuri inter uiros eloquentes nominis, quem  
 tantæ existimationis, auctoritatis, & doctrinæ ui  
 ri dignum ducant, ad quem adeant; cuius audiant

## B R E V I S E P I T O M E

uocem; cuius p̄electionibus intersint. Detrimen-  
tum autem non exiguum sentio, cum considero,  
non in mediocri statu prædicationis, ac fame res  
meas esse uestra commendatione positas; eaq; de  
cauſſa, niſi infinitam quandam diligentiam, cau-  
tionemq; in hac prouincia adhibeant, uix summā  
uidear, et eam iustissimam doctorum hominum  
reprehensionem posſe uitare. Quod si tam grauis  
mihi aduersaria constituta, et parata non fuisset  
exspectatio, nihil à me eximum, nihil præstans,  
nihil preter aliorum consuetudinem, et exem-  
plum baud mediocris in hominum animis iamdiu  
opinio concepta postularet. At nunc in id ueni-  
mus, (iniqua quidem forte) honoris, et fame di-  
ſcrimen, ut ingenij mediocritas non omnino con-  
temnenda diligentia, non ignobilis, nec oscitans  
industria uituperationem potius, quam laudem  
relatura uideatur. Miserrima profecto nostra ui-  
detur conditio, et iure deploranda fortuna, cum  
pleriq; , adaperto obtrectandi studio, officiosam  
hanc nostram diligentiam non ad parendi uolun-  
tatem, et nauandæ operæ cupiditatem, sed ad ina-  
nem ambitionem, et temerarium, inconsultumq;  
ardorem referent; incuriam nostram, et errorem,  
qui in tanto negotio, et laborioso munere uitari  
non potest, obſeruabunt diligenter; notabunt ce-  
leriter; prædicabunt aſſidue: quid moros' male di-  
cendi nullū finem facient. Boni præterea uiri, nō  
quid

quid meorum virium possit infirmitas; non quid tardū ingenium assequi ualeat, sed quid nobilissimorum hominum frequentia, quid susceptæ prauinciaratio, quid longe pulcherrima doctrina flagitet, attentes, non tam consilium, & officij nostrí necessitatem, quam rem ipsam iudicio suo mentionur. Denique maleuoli (quos scio non defuturos) si quæ à nobis non insulte dicta, nec infelicitate inuenta, nec in culto, & horrido dicendi generet tradita fuerint, aut uerbis, ut habet de more, eleuabunt, aut silentio, quod inuidiæ propriū est, præteribunt: at, si que minus probentur (multa enim sunt, que incuria fudit, aut humana parum canit natura) offendent, Dij immortales! qua exultabunt letitiae? Quos tumultus, quas Tragoedias excitatunt? iam qui stat Sonipes, & fræna ferox spusonipes;  
mantia mādit: hic, ut planius dicam, locus, in quo cum alij quondam summi viri, tum proxime L. Palmyrenus, quem uita functū honoris caussa nō mino, magna cū ingenij, doctrinæ, humanitatis, & sapientie laude floruit, quā me terreat; quā extinguat ardore, & alacritatē omnē; quā animo meo formidinem incutiat; quas difficultates ingenio, hebeti quidē, & parū exercitato, opponat, est explicatu difficillimū. Vestrū est, viri humanissimi; me, magnis undiq; oppressū angustijs, quēq; non perficiendi spes, sed parendi cum uoluntas, tum necessitas eō detrusit, unde sine uestro præsenti au-

## B R E V I S E P I T O M E

xilio, ueluti numine educi non queo, omni metuli  
berare. Nō enim uos estis ita natura instituti, &  
formati, ut à benedicendi doctrina abhorrentes,  
Romani sermonis uenustatem, elegantiam, & pu-  
ritatem oderitis; ideoq; Rhetoricam profitentibus  
infensi, oblata uestrae integratatis seueritate, gra-  
uitateq; personæ, studiosorum spes infringatis; stu-  
dia retardatis; cursum ad laudem, & gloriam in-  
tercipiatis; perfugia tandem omnia, & ad salutem  
aditus obstruatis. Non hoc uestra natura, non do-  
ctrina, non consuetudo fert. Nos interim in uestra  
benignitate nixi, hoc unum agemus, in hoc labora-  
bimus; hic erit nobis propositus in omni uita sco-  
pus, ut ad iudicium post hac uestrum nos ipsos cō-  
formemus, ut quam de nobis opinionem suscep-  
tis, ei, aliqua saltē ex parte (omnino siquidem  
optare non ausim, sperare minus) respōdere possi-  
mus. Sed hēm quid facit eloquentia? rogas?

Tandem progreditur magna stipante caterua  
Sydoniam picto chlamydem circundata limbo,  
Cui pharetra ex humero, crines nodātur in aurā,  
Aurea purpuream subneicit fibula uestem.

Imago elo-  
quentiae. Progreditur ergo toties à nobis exspectata, &  
exoptata eloquentia; cuius ossa Dij, ut inquit Ari-  
stides, inuentionem, nervos dispositionem, cutem  
eloquutionem esse uoluerunt. Et quando sine ani-  
manihil moueri potest sua sponte, sine motu au-  
tem nihil uiuum ducimus, accessit his actio, & pro-

nunciatio, quasi spiritus quidam uitalis, qui nullo melius contineri potuit uinculo, quam eo, quam nos memoriam, thesaurum, ac promptuarium rerum optimarum appellamus. Comitantur eā Dia lecticorum acumen, Philosophorum sententiae, uerba prope Poëtarum, Iurisconsultorum memoria, Tragædorum uox, gestus summorum actorū. Pēdet ex eius humero per ampla de uerborum, ac rerum copia disputatio, uelut pharetra innumeris sagittis onusta. Crines, qui insignem illi, et gratiissimam addunt uenustatem sunt, elegantia, dignitas, compositio; latinitas, perspicuitas, uerborum, et sententiarum ornamenta; compositionis numerus, coagmentatio, concinnitas, et certa mensura periodi. Denique Aurea fibula, id est prudentia, purpuream uestem, auroq; lucentem, ac gemmis, unionibus, margaritis, smaragdis, et adamantis bus preciosissimam, Encyclopediam scilicet, uenustissime subnectit, nihil ut in ea sit neglectum, nihil incompositum, nihil intempestuum, nihil insolens, nihil obfuscatum, ac turbidum, nihil non admirabile, atq; diuinum. Hæc est uera eloquentiae imago, uel à Mercurio, uel ab Aristide inuenta, quæ se profectò aliquando in conspectum nostrū dare, et sub oculos cadere si posset, eamq; nos si discussa, quæ nostris offusa est oculis, caligine, cerneremus, mirabiles sui amores in animis nostris accenderet. Hoc autem cùm optare quidein, spera-

Pharetra ex humero pendens.  
Crines, qui nodantur in aurum.

Aurea fibula.

B R E V I S E P I T O M E

re nulla ratione possimus, uelimus id, quod possumus; nimis ut nos omnium & veterum, & recentiorum præcepta in angustum conclusa accurate, diligenterq; tradamus; uos fideli memorie mandatis.

D e i n u e n t i o n e .

Quid sit inventio. 1 Inuentio, prima Rhetorica pars, est doctrina inueniendi, seu excogitandi argumenta.

Quid Argum. 2 Argumentum, quod dictum est ab arguo, quod arguat, siue demonstret quid uerum, quid falsum sit; est ratio rei dubiae faciens fidem.

Quot rebus pareatur fides. 3 Paratur fides trifariam, sensibus, ut h[ic] se oculis uidi; affectu, ut, quando aliquis, amore excaecatus, in deformi fœmina insignem uenustatem reperiri contendit; & argumentis, de quibus more Dialectico, & Rhetorico differemus.

Quid sit locus. 4 Loci sunt, quasi sedes, & domicilia in quibus latent argumenta. Quorum locorum usus hic est; dubitatur sit ne amicitia inter Senecam, & Luciliu[m]; demonstrabo esse uel maximam, si ad illius effecta, uel opposita, uel definitionem cōfugiam: Amicitia est, uoluntatum studiorum, sententiariū summa consensio. Quis ergo negabit, hos duos uiros arctissimo esse fœdere copulatos, cùm talis inter eos consensio uigeat?

Quotplex sit Argumentum. 5 Argumentum duplex est, insitum, quod ex se ipso fidem facit, ut sunt que petuntur ē causis, & effectis; & assumptum.

6 Argumenta insita diuiduntur in prima, & à prima orta.

7 Argumentum insitum primum est, simplex, nec aliunde ortum, cuius formæ quatuor sunt; sex tamen uocibus expressæ; caussæ & effecta, subiecta, & adiuncta, opposita, & comparata.

8 Caussa est, unde effectus aliquis existit; cuius formæ sunt quatuor; efficiens, finis, materia & forma.

9 Efficiens est, quæ sua uirē efficit. Hæc duplex est, agens natura, & agens consilio.

10 Natura, uel necessitate agunt quæ iudicio carent; ex quibus quedā naturæ conatu agūt, quedā externa ui: illa sunt, in quibus est agēdi principiū nullo externo adiuuante, ut ignis; hæc quibus ab alio est agendi uis impressa, ut aquæ feruens cale facit; quia fuit admota igni.

11 Efficientes consilio, uel delectu, sunt, quibus liberum est agere, aut non agere, ut Deus, Angeli, homines: diuiduntur uero in procreantes, ut patres, matres, & opifices; conseruantes, ut leges; in efficientes soli, & efficientes cum alijs, quæ uulgò concaussæ dicuntur. Dialecticorum est communis locus; efficientem caussam naturalem, uel necessariam, non impeditam necessariò sequitur effectus, qui, ea sublata, necesse est tollatur, ut si ignis est, non potest non urere, modo sit admota materia. De caussa uoluntaria idem sentiendum est, ut si sutor est, consui potest calceus.

Duplex ar-  
gumentum  
insitum.

4. Argumen-  
ti primi in-  
siti formæ.

Quid sit cau-  
sa, & quo du-  
plex.

Caussa effi-  
ciens.

Duplex cau-  
sa efficiens,  
Efficiens na-  
tura.

Efficientes  
consilio.

Locus Dia-  
lecticorum  
communis.

# BREVIS EPITOME

## Definē.

Finis quid  
Et.

12 Finis est, cuius gratia aliquid fit, siue sit summus, qui per se expetitur. siue destinatus, quem nonnulli medium appellant.

## De forma.

Quid sit for-  
ma.

13 Forma est, caussa, per quam unaquæque res est id, quod est, & à ceteris rebus distinguitur.

## De materia.

Materia qd  
Et.

14 Materia est, caussa, ex qua res fit, uel ex quare naturalis, aut artificiosa componitur.

## De effectis.

Quid sit ef-  
fectus.

15 Effectus est quidquid ex causis existit. Vocabatur à Cicerone effectus, uel effectum, euentus, uel euementum.

Proprij etus.

16 Effectus illi sunt, qui caussas efficientes sequuntur: euentu reliquas omnes caussas respiciunt.

Locus com-  
munis Dia-  
lecticorum.

17 Posito effectu caussam eius propriam uel adesse, uel adfuisse necesse est; quo sublato, caussa tollitur, ut, quoniam dies est, quis, nisi cæcus, solem ortum esse inficiabitur.

## De subiectis, & adiunctis.

Quid sit sub-  
iectum.

18 Subiectum est, cui aliquid adiungitur, ut anima est subiectum scientiae, ignorantiae, &c.

## Vsus Dialecticorum.

T. Si. in Tus-  
eu. questio-  
nibus.

19 Sublato subiecto mouentur tam adiacentia, quam reliqua omnia, quæ subiecti propria sunt, ut, qui omnino non sunt, hinc miserit quidem esse possunt.

20 Adiunctum est, quidquid subiecto adiungi- Quid sit ad-  
tur, huc sunt reuocanda adiacentia, antecedentia, iunctum.  
consequentia, locus, tempus, et circunstantiae  
omnes.

## De oppositis.

21 Opposita sunt, quae de eodem, secundum idem, Quid sic op-  
ad idem, et eodem modo, et eodem tempore di- possum.  
ci, et uerè affirmari non possunt.

22 Enumeratione aduersorum, priuantium, et  
contradicentium non solum fidem facimus, sed etiam  
locupletamus orationem.

## De comparatis.

23 Comparata sunt, quae inter se conferuntur. Quid sit cō-  
In quibus duo sunt necessaria; res de qua agitur,  
qua propositio; et quae ei comparatur, quae redi- paratum.  
ditio dicitur.

24 Comparata aut sunt circa quantitatem, aut  
qualitatem; illa appellantur paria, cum eorum una est, et  
eadem quantitas, aut imparia, quorum non est eadem quantitas. Comparata  
in duplo  
sunt diffe-  
rentia.

25 Comparatum impar est duplex, maius, quod est, cū quod minus difficile est esse, explicatur per id, quod esse difficilius est; comparatum minus est, quando quod esse difficilius est, explicatur per id, quod esse facilius est. Comparata  
impar du-  
plex.

26 Comparata circa qualitatem sunt similia, aut dissimilia; nimirum quando qualitas est eadē, aut diversa. Comparata  
circa qual-  
itatē sunt in duplo  
differentia.

B R E V I S E P I T O M E

27 Adhibentur exempla ad aliquid probandum, ad laudes, consolationem, uituperationem, & ad animos permouendos.

28 Augentur exempla à laude rei, auctoris, genitris, unde sumuntur. Atq; bæc de argumentis instans primis.

Quæ sunt argumenta à primis orta.

Argumentū à primis ortum.  
29 Argumēta à primis orta sunt Etymologia, coniugata, diuīsio, & definitio.

30 Etymologia est, nominis interpretatio, ut animosus, plenus animi.

De coniugatis.

Cōniugata.

31 Coniugata dicuntur, quæ sunt ex uerbis generis eiusdem, hoc est, quæ orta ab uno, uarie commutantur, ut sapiens, sapientia, sapienter.

De diuīsione.

Quid sit diuīsio. & quo tripes.

32 Diuīsio est, rei per partes explicatio, quam distribuere licet in nominis, & rei. Prior est uocis diuersæ significationis, & ambiguæ distinctio, seu adnumeratio significationū nominis homonymi, uel etiam orationis ambiguæ, & phrasis. Posterior tripes est, generis in suas formas, totius in partes, & rei in accidentia: quibus alias si quis diuīsiones adiungat, faciet id quidem me non inuitato, non reclamante.

De definitione.

Quid sit definitio.

33 Definitio est, oratio, quæ eius, de quo agitur, natu-

naturam dilucide, ac breuiter ostēdit: de cuius formis copiosissimē disputant Dialetici; sed descriptionis, ut uocant, usus oratoribus est, Historicis, & Poētis frequentissimus.

### De Argumentis assumptis.

34 Assumptum Argumentum est, quod per se, Argumentum  
assumpta.

suaq; natura fidē non facit: nā eius fides argumento aliquo artificiali expenditur, & confirmatur.

35 Assumptorum quinque sunt, teste Arist. modi, lex, quæ in scriptam & communem, seu nō scriptam diuiditur: testimonium, quod est aut diuinū, Quot sint at-  
guimenta as-  
sumpta.

aut humanum: pactum; in quo sunt tabulae priuatæ, & publicæ, ad quæstionem negandam, aut con-

firmandam allatae: his adiunguntur foedera pri-

uata, & publica, quæ non scribuntur; Quæstio, Quæstio,

sub eius nomine tormenta, & dolorem corporis ad eruēdam ueritatem intelligimus: iusturandum,

quod est affirmatio religiosa, & uinculum magnū ad adstringendam fidem.

### De partibus orationis.

1 Orationis partes quatuor sunt, exordiū, nar-

ratio, contentio, peroratio; reliquæ enim, particu-

lae sunt, & ad has quatuor iure quidem reuocan-

tur. Partitio, & propositio, ad confirmationem reducuntur; Egressio ejt eius partis, à qua pendet;

Iudicium fusum est per orationem; Refutatio confirmationis est.

2 Esse uero quatuor partes orationis dubitabit nemo,

B R E V I S E P I T O M E

Cur cantum  
quatuorpar-  
tes oratio-  
nis.

nemo, qui secum ita reputet; Primum ad audiendū parandus est auditor, quod fit exordio; cūm præstat aures attentas, exponēdāres est; inde narratio oritur: ubi caussam, controuerſiamq; cognovit. sententiam nostrā argumentis cōfirmamus, cōtrariam infirmamus, & euertimus: unde nata contentio est; tandem peroramus, rei summam cum effectu colligentes.

Quid sit ex-  
ordium.

3 Procœmīum (uox Græca) exordium (translati-  
tia) principiū, aut initium, est orationis pars pri-  
ma, quæ efficit, ut amicè, ut attentè, ut intelligen-  
ter audiamur.

Benevolen-  
zia quomo-  
do concilia-  
tur.

A nostra p-  
ersona.

4 Conciliatur benevolentia à persona nostra,  
disceptatorum, & aduersariorum.

5 A persona nostra, si uiri boni, æquiq; uidean-  
mur: uidebimus autem, si dicamus, nos officio ue-  
nisse ad agendum, aut pro amico, aut pro affine,  
aut pro eo, qui de nobis sit benemeritus: pietas  
præterea, uoluntas gratificandi, studium in Re-  
publicam, misericordia erga calamitosos, nostra  
deniq; dignitas, aut eorum, quos defendimus, existi-  
matio, infirmitas sexus, etatis, ualeutudinis, morū  
innocentia plurimum ualent ad hominum studia  
colligenda.

A persona  
auditorum.

5 A persona auditorū, ut possis benevolentia-  
bi parare, diuide exordiū in procœmiū, & insinua-  
tionem, que dicta est à similitudine clandestini in-  
gressus, quo ciuitates capiuntur. Ea necessaria est,  
cūm

cum est animus iudicis ab alienatus, esse autem solet cum causa est turpis, et tunc dicendum erit, hominem non rem, aut contra, spectari deberet; aut cum fesus est audiendo, tunc confugiendum erit ad iocum, fabulam, apolum, apophlegmatam, et alia, quae risum mouent: aut cum persuasus est ab ijs, qui priore loco dixerunt, cui incommodo occurremus uel admirantes, uel dubitantes, uel refellentes ea omnia, quibus potissimum factam sedem putamus.

7 Ab aduersarijs benevolentiam captabimus ostendentes eorum amentiam, furem, libidinem, barbariem, nequitiam, petulantiam, deiectionem animi, consiliorum præcipitationem, inueteratā in alios debacchandi consuetudinem.

A persona  
aduersario-  
rum,

### De attentione.

8 Attentio est, commendatio rei, et propositio, et futuri sermonis quasi ambitiosa ueditatio.

Quid sit at-  
tentio, & quo-  
modo pare-  
tur.

9 Hanc ut paremus, necesse erit, ut proponamus magna quedam, quae in animis hominum admirationem mouent: aut necessaria, quae uim incutient animis: aut coniuncta cum ijs, apud quos res agitur, quæspe boni, et fugamali mortalium animos uehementer afficiunt.

### De docilitate.

10 Docilitas cōparatur exposita rei, de qua dietur sumus, aperta, breuiq; summa: Tunc enim docentur auditores, cum discunt, et, quid agatur, intelligi-

Docilitas  
quomodo  
cōparatur.

## BREVIS EPITOME

intelligunt. Vnde cauendum erit, ne prudentiam auditorum confusione partium, memoriam multitudine rerum obruat, aut impedit orator.

### Quod sit vitiosum exordium.

10 Fugiendum est exordium uulgare, commune, immodicum, parum cohærens; Et potissimum in eleganti exordio ea seruabuntur, quæ mox de narratione dicentur.

### De narratione.

Quid sit nar-  
ratio.

Dilucida.

Probabilis.

Snauis.

11 Narratio est, rei gestæ, aut tanquam gestæ utilis ad persuadendum expositio: in qua tria requiruntur; Primum, ut sit dilucida, idq; fiet, si constet uerbis dilucidis, usitatibus, & proprijs; Probabilis, ea nimirum, quæ personis, temporibus, locisq; cōsentiat, & cuiusq; facti, & euenti caussam reddat, eaq; contineat, quæ cum hominum opinionie, auctoritate, lege, more, religione coniunctas sint: in qua deniq; probitas narrantis significetur, antiquitas, memoria, orationis ueritas, & uitæ fides; Suavis, quæ, scilicet, habeat admirationes, expectationes, exitus inopinatos, interpositos motus animorum, colloquia personarum, dolores, iracundias, metus, letitias, cupiditates.

### De egressione.

12 Cum sint non rarò audientium animi facta, & hilari oratione leniendi, idcirco lœtum orator, plausibilemq; locum exquirit, & opportuna digreſſa

igressione auditores reficit & recreat. Hac uti  
icebit, ut augeamus factum, aut euertamus qua-  
tionem, seu occupemus argumenta; aut animos  
auditorum à consideratione criminis, attentiona-  
neq; nimia auertamus. Id sit loco communi, que-  
rela, laude hominum, & aliarum rerum; aut con-  
uitio, descriptione, fabula, historia, exemplo, simi-  
litudine, facetijs, & acuto aliquo commento, qua-  
le est Demosthenis, de Afīni umbra.

13 Descriptiones sunt montium, fluuiorum, na-  
rium, quarum rerū capita ab illo libro, ē quo hæc,  
uelut à fonte in riuum deriuata sunt, petenda e= Quarum ra-  
rum sint de-  
scriptiones.  
runt, à nobis uero praxi relinquuntur.

### De contentione.

14 Contētio pars orationis est tertia: quādo ne-  
stracōfirmamus, cōfirmatio uocatur: quādo aliena  
redarguimus, reprehensio, & confutatio dicitur.

15 Ordo hic est; præcedit narratio, huic fere iun-  
cta est partitio, mox contentio, quæ quasi certa=  
men appellatur, in qua quis est tam absurdis sen= ALEXANDER RIVULATI  
sibus, de prauatoq; iudicio, qui non intelligat om= SIGILLUM FREDERICI VENINUS  
nes esse neruos industria, ingenij, & eloquentiæ  
contendendos?

16 Confirmabimus nostram sententiam, & fidē  
faciemus Syllogismo, qui ex quinque partibus cō=  
stet, ut nimis concissam, & spinosam Dialectico=  
rum ratiocinationem fugiamus, qui non tantum  
docere, sed etiam delectare, & reflectere uolumus.

Quā-  
to s  
egressio  
vendum,

Quarum ra-  
rum sint de-  
scriptiones.

Syllogis-  
mus ex quin  
que partib⁹.

B R E V I S E P I T O M E

quitur partitio, mox confirmatio laudes refert; quæ quidem omnia prudenti oratoris iudicio expendenda relinquuntur.

27 Argumenta laudum sumuntur ex locis sequē

Honestum.

Vtile.

Facile.

Confutatio.

Peroratio.

tibus, HONESTO, quod antiquitatem, originē, inuentorem, rei dignitatem, causas efficientes, & definitionem amplectitur; VITI LI, quod utilitatem, usum, commoda, effecta, fines, partes, ex quibus, quando, ubi, cur utiliores sit, docet; FACILE, sed quādo facilitas laudanda sit, aut difficultas, prudens orator, ac industrius uidebit.

De confutatione nihil est, quod præcipiam; ea enim eosdem habet locos cum confirmatione communes, quibus que ab aduersarijs uel abiicienda sunt, uel obijci possunt, diluuntur. Peroratio postissima colligi argumenta, & affectus mouet.

28 Orationis nuptialis, Natalitiae, Epithalamij præcepta tanquam hodie parum necessaria pretermittimus.

De genere suasorio.

29 In deliberatione finis proponit solet utilitas cum honestate coniuncta, aut dignitas; nec pretermittenda uidentur ab historijs petita exempla, quæ in exercitatione quotidiana nostrorum discipulorum frequentissime à nobis usurpabuntur.

status in ge  
nere suasori-

30 Status sunt; an sit? & quale sit? exquirimus etiam, an fieri possit? an fieri debeat? an expediat id, de quo deliberatur.

31 Exordia erunt, ut supra docuimus. Et parabitur benevolentia à nostra persona, attētio uero à rei necessitate, utilitate, periculi magnitudine: si quid gestū fuerit, ex quo deliberatio nascatur, narratio apponetur, cuius loco propositione per amplificationem elata utimur.

32 Confirmationis loci sunt; honestum, utile, facile, possibile, ( sic enim loquuntur recentiores ) necessarium, equum, iacundum, tutum. Iudei sunt omnino dissuadendi loci.

33 Peroratio colligit firmissima, et exemplis accommodatissimis utitur, ut Titus Liuius saepissime, et fælicissime facit in suis concionibus.

#### De genere Iudiciali.

34 In hoc eadē exordiēdi, et narrādi ratio, sed confirmationis loci uarij sunt prostatuū uarietate,

35 Status, seu constitutio est, id de quo controvēsta est; uel caussæ summa, ad quam omnia argumenta referuntur.

36 Status triplex est, conjecturalis, cum queritur an sit factum; finitus, seu legitimus, cum quid sit factum; quando uero quale sit factū, queritur, uocatur his nominibus, Iudicialis, status qualitatis, et iure ne, an iniuria sit factum.

37 Nascitur status ex intentione accusatoris, et depulsione, seu definitione rei; ut, occidisti Aia? cœvlysse? haec est intētio; nō occidi, depulsiō: Quæstio, an occiderit? fecisti sacrilegiū Saturninū? nō

Exordia in  
genere sua-  
torio.

Confirmationis loci.

Exordium.

Quid sit sta-  
tus.

Quotplex  
sit status.

Vnde nasce-  
tur status.

B R E V I S E P I T O M E

Sacrilegium, sed furtum feci. Quæstio, quid fecerit? Interfecisti Clodium Milo? interfeci; sed iure. Quæstio, an iure interfecerit?

Quid sit ra-  
tio,

38 Quod reus adfert depellendi criminis causa, ratio dicitur; Infirratio autem rationis allatæ, firmamentum uocatur; ex ratione, & firmamēto iudicatio, et disceptatio manat; ut, sacrileguses, intentio; non sum, sed fur, Depulsto; status, quid sit? Ratio, rem profanam sustuli quadruplum redditurus: Firmamentum, sed ex æde sacra depositā pecuniam surripiuisti. Iudicatio; sacrilegium fecerit, an furtum, qui profanam pecuniam ex æde sacra sustulerit?

Status con-  
jecturalis.

39 In statu conjecturali nec ratio, nec firmamētum quæritur, sed ex intentione, & depulsione iudicatio constituitur, quæ erit eadem & status, & quæstio.

Loci status  
conjectura-  
lis.

40 Coniectura à circunstantijs peti solet; suspicionem autem probamus, quando & uoluisse, & potuisse ostendimus: binc duo loci: uoluntas, & facultas.

Voluntas.

41 Voluntas qualitatem personæ, & caussam inducentem ad suscipiendum facinus complectitur; cuius sunt loci duo, impulsio, & ratiocinatio.

42 Ad impulsione pertinent affectus excitantes, ut ira, odiū, amor: Ratiocinatio continet quæstum, præmium, spem commodorum, & honoris, uel fugam incommodi, infamie, doloris; ut Milo Clodium

Voluntatis  
loci impul-  
sio, & ratio-  
cinatio.

Clodium interfecit, quod ille solus & ipsum odif-  
set, & potuisset occidere; ut ex illius morte utilita-  
tem expectaret.

43 Facultatis loci sunt signa, & rerum circū= Facultatis  
stantiæ, quibus suspicio probatur. loci.

44 Signum est, ueluti dictum, aut factum ante- signum.  
cedens, uel consequens, uel cum ipsare cohærens,  
ut titubatio, trepidatio, pallor, rubor, &c.

45 Circumstantiæ sunt, locus, tempus, occasio, Circumstan-  
spatium, spes perficiendi, & modus cælandi, instru- tiae.  
menta, uires.

46 Qui defendit duobus utetur locis, absolu= Loci eius q  
tione, per quam signū, uel cauſsam cōtra nos al- defendit.  
latam diluimus; ut occidisti, quia sepelisti; Absolu-  
lutio, non ut factum celarem, sed ut à ferarum di-  
laniatione defendarem; & inuersione, quæ docet,  
quod obiectum est contra nos pro nobis facere,  
ut sepelisti; ergo occidisti. Inuersio contra; imo st  
occidisse, non sepelisse.

47 Communes loci sunt, à testibus contrate= Loci com-  
stes, à rumoribus contra rumores, ab argumentis,  
& signis contra argumenta, & signa. De quibus  
copiose auctor ad Herennium.

48 In statu finitionis post exordium, & narra= De statu fi-  
tionem facti, propositionem, & partitionē nostra  
definitio confirmanda, tanquam congruens cum  
ipso facto; aduersarij ratio refellēda, si falsa, si tur-  
pis, si inutilis sit; deinde perorandum.

# BREVIS EPITOME

Legalis, & <sup>ra</sup> 49 Cum ex legis, aut scripti alicuius interpretatione controversia nascitur, legalis status non catur, ceteri omnes rationales.

Status legalis quinq.  
species.

50 Status legalis quinq; sunt species 1. cum duas leges, aut sententiæ pugnant inter se 2. scripti, & sententiæ 3. cum res, quæ propriæ lege non est comprehendesa, ex alijs legibus per similitudinem iudicatur 4. cū ex ambiguo nascitur controversta 5. cum Reus litē defugiendo negat, se accusantū apud hos iudices hoc tempore, hoc loco, hac lege, hoc criminis.

De statu iuridicali, seu qualitatis.

Confirmationis loci in hoc statu sunt, Natura, nisi loci in sta lex, consuetudo iudicatu, seu præiudiciu, Pactum. et iuridicali

Duplex status qualitatibus, quo ad acti defensionem nihil extrinsecus assumitur; alter assumptius, quo factū per se improbabile assumptis extrinsecus auxilijs tuemur. Huius

Assumptivi status loci sunt loci quattuor, concessio, relatio, seu translatio criminis, comparatio, remotio criminis.

Concessio & illius duar. 51 Concessio est, quando reus non defendit factum, sed ignosci sibi postulat: huius duar. sunt partes, purgatio, & deprecationis.

Purgatio. 54 Purgatio est, cum Reus, criminis culpam omnem a se remouens, eam in necessitatem, fortunam, & imprudentiam confert.

Deprecatio. 55 Deprecatio culpam agnoscit, sed misericordiam suppliciter postulat.

Relatio cri- 56 Relatio criminis est, cum fecisse nos non ne- minis.

gamus, sed coactos, aut aliorū iniuria lacej.....

57 Comparatio est, cum dicimus necessum fuisse, alterutrum facere: quod à nobis factum est, sa-  
tius fuisse, et consultius fieri.

58 Remotio criminis est, cum à nobis non crimē, sed culpam amouemus, et peccati caussam, uel in  
rem quam piam, ueluti legem, uel in hominem, cu-  
ius iussu fatemur esse factum, coniçimus.

59 Illud deniq; obseruādū, in remotione criminis  
totū penitus crimē tolli, in relatione, minuitantū  
culpā rei, aliorum peccatis uehementer laceſſiti.

Comparatio;

Remotio eri-  
minis.Qui differat  
remotio cri-  
minis, & re-  
lato.

### De dispositione, 2. Rhetoricæ parte.

1 Cum prudentis, et exercitati oratoris iudi-  
cio relinquatur disponendarum orationis partiū  
ratio, ineptissimus sim, et stultissimus, si plura  
præcepta, quam à ueteribus et recentioribus  
Rhetoribus tradi consuescunt.

2 Argumēta, rationes, probationsq; ita dispo-  
nentur, ut quæ sint magnum apud iudices pondus  
habitare, et in frōte, et calce cōfirmationis col-  
locentur; infirmæ medium in agmen coniiciātur.

Qua ratione  
sint argumē-  
ta disponen-  
da.

3 In genere exornationis cum persona lauda-  
tur, aut contra, discrimina, etatisq; partes, qui  
nam ordo seruandus sit, et que uia tenenda, de-  
monstrabunt in demonstratione facti, et in de-  
liberatione sumum honestas, mox utilitas, tan-  
dem faciliter apponentur.

Quæ seruan-  
da in genere  
exornatio-  
nis.

### De executione, 3. Rhetoricæ parte.

VINCENTII BLASII  
 Garciae Valentini Præfatio, cùm  
 tertiam Rhetoricæ partem, elocutionem  
 aggrederetur, in eorum gratiā, qui  
 in primam Classem frequen-  
 tissimi ex tota Acadē-  
 mia confluxer-  
 rant.



A X I M V S hic uester ad me audiē-  
 dum concursus, ingens alacritas, &  
 conspectus longe gratissimus, Audi-  
 tores ornatissimi, mirum est quantū  
 ardorem mibi adferat, quātumq; me  
 in hoc laudabili uitæ, studiorumq; genere confir-  
 met. Iure uos semper dilexi, merito plurimi feci;  
 uere eos esse uos prædicant, quos nulla unquam à  
 labore iuuenilis uoluptas, etiā honestissima auo-  
 cet, aut à mansuetiorum consuetudine, dulciq; cō-  
 gressu Musarum, grauiſſimarum artium occupa-  
 tiones deterreant, aut ab eloquentiæ studio impe-  
 ritissimorum hominum uoculæ, & conuitia, que  
 quotidie iactata meas ſepe aures offendunt, dimo-  
 uere poſſint. Arethusa, fons est, Poëtarum carmi-  
 nibus inclitus, & totius antiquitatis sermonibus,  
Ac scriptis celebratus. Hic in mare cum influit, ita  
 pleno alueo fluit, ut impetum suum, ac fluxum in-  
 ter ma-

ter marinos fluctus non modo conseruet, sed etia  
pristinam dulcedinem, & suavitatem retinet, nix  
maxime aquæ amaritudinem admittere uideatur.  
Sic uos, inter studia, & artes, quæ ut à uulgi tra-  
statione, populariꝝ sensu remotæ, ita parum la-  
tinis exultæ literis, doceri potius, quam ornari  
uolunt, quam semel orationis uenustatë, lingueq;  
candorem quasi animo imbibisti, cum deforma-  
re, aut inficere nō semilatinorum lectio auctoriꝝ,  
non scripta barbarie respersa, & inustatis, inau-  
ditisq; referta uerbis, nō deniq; ipsa barbaries ut  
posset, permisisti. Vnde liquidò constat, uos alijs,  
& ijs quidem difficilioribus disciplinis impeditos,  
& ad maiora in dies gradum facientes, sèpè re-  
spexisse ad eloquentiam, eiusq; studia, remissa tem-  
poribus, & lōgo interuallo intermissa, animo sem-  
per retinuisse, dignaq; statuisse, in quibus multum  
& antea, & hodierno præsertim die elaborare,  
sit uobis cùm utile, tum honorificum. Quæ et si nō  
possim nō liberè fateri, magna esse probitatis do-  
cumenta, & excellentissimæ, diuinæq; mentis indi-  
cia, tamen incredibilis meus in uos amor, perpe-  
tuaq; obseruantia, & eloquentia Romana eiusmo-  
di sunt, ut hæc omnia, & fortasse plura à uobis  
debeant impetrare. De mea singulari erga uos be-  
neuolëtia nihil dicam; ne uidear assentari, uelleq;  
falsam gratiam, inani propensiæ uoluntatis prædi-  
catione, aucupari; De eloquentia, si licet paucis

## B R E V I S E P I T O M E

Eloq.  
laudes ex-  
quisitæ,

de re omnium maxima loqui, si habete; eam unā  
esse, quæ populi Romani, & reliquarum gentiū  
nomen ab hominum ignoratione vindicauit, ut q;  
fecit, ut illud exciperet anni consequētes. Hac una  
est, quæ magnas omnes, & amplias Républicas re-  
tē, ac sapiēter administravit; improbo terruit;  
bonos desperatione debilitatos erexit, & confir-  
mavit; temerarios in populo motus, & dissensio-  
nū procellas non modo cōposuit, sed etiam fregit.

Per hāc leges latē, abrogatæ aliæ, aliæ antiquatæ  
sunt; bella cōmodo Reipub. suscepta, fœderata,  
arma deposita, prælia dirempta, optimaq; queq;  
feliciſſimè cōstituta: huius immortali lumine cun-  
ctæ artes, ac disciplinæ illustratæ longe, lateq; ni-  
tent, ac fulgent, & ad cōmunis uitæ usum transfe-  
rūtur. Et ne plura, quæ sunt pene innumerabilita,  
consector, comprehendam breui; sīc enim statuo;  
omnibus artibus ingenuis circundatos esse cancel-  
los, extra quos si egredi conētur, eos qui uel il-  
literatus, & idiota, sua existimatione reuocare  
queat; eloquentiam uero cuncta per uagari, nul-  
la in extremitate cōsistere, se se, in omnium laudis  
societatē offerre. Nā, si utilitas queritur, quid præ-  
stabilius, quā posse dicēdo homini tenere cōetus;  
uolūtates, quò uelit impellere, unde libeat, deduce-  
re; & in magna rerum inconstantia, ac mutabili-  
tate opinionum (mutantur enim quotidie ho-  
minū instituta, mores, leges, artes, opiniones) ob-

Vultas elo-  
quentiæ.

scuris

scuris lucē, dubijs fidē, confusis ordinē, incultis ex  
legatiā, fastidijs gratiā, uetustis nouitatē, nouis au  
toritatē adferre. Hæc omnia, & alia maiora ars  
quæ præstat, nōne magnū quiddā facere iudicāda  
est, uel poti⁹ optime mereri de humano genere cē-  
sēdā: Iā si dignitas splēdor, & maiestas expetitur,  
quid tā admirabile, quā ex infinita hominū multi-  
tudine unū existere, qui in eo præcipue excellat,  
solus, qđ omnibus hominib⁹ esse cōmune ducimus,  
&, ut esset, natura uoluit? Nō est tamē communis  
spirit⁹ uiuis, terra mortuis, mare fluctuātibus, littus  
eiectis, quā cūctis mortalibus sermo. In quo tñ ho-  
mines exhorrescūt: quē stupefacti intuētur: in quo  
exclamat: quē Deū, ut ita dicā, inter homines pu-  
tāt: Oratorē. Qui distinctè, qui explicatè, qui abū  
danter, qui illuminatè, & rebus, & uerbis dicunt,  
& in ipsa oratione quasi quendā numerū, uersūq;  
conficiunt, ij, ij, inquā sunt, qui humana specie au-  
gustiores apparēt, omniumq; in se mentē, oculos,  
ora conuertunt. Quæ præterea maior, liquidior,  
& uerior percipi uoluptas potest, quam, cum sa-  
pientibus sententijs, grauibusq; uerbis ornata o-  
ratio, ea præcipit, quæ ciuium salutem populi li-  
bertatem, Reipub. gloriam, Deorum cultum, ac re-  
ligionem complexa incredibilem sibi, etiam apud  
ferreos homines, suiq; cōmodi oblitos, audientiam  
faciant; uim incutiāt animis obstinatorū; oracula  
putentur; adeò, ut nunquā cecinisse uerius Apollis-  
nem

Dignitas elo-  
quentia.

Voluptas;

## B R E V I S E P I T O M E

Potestas:

Regium mu-  
mus.Cur aliquan-  
do contem-  
pta iacuerit  
eloquentia.

nem fabulosa, & inania numina colere soliti ho-  
mines aliquando crediderint. Quæ amplior ex-  
cogitari potest in terris, & maior potestas, quam  
populi motus, iudicum religiones, Senatus graui-  
tatem, auctoritatem omnium ordinum ab unius  
non dicam ore, aut uoluntate, sed nutu pendere,  
ad unius obtutum multa gladiorum millia distri-  
gi, & uetustis urbibus, si à fide, imperioq; defece-  
rint, aut nouis rebus studuerint, aratrum induci?  
Quod si regia quædam, & quæ mortales munifi-  
centiæ, & liberalitatis admiratione capiant, con-  
fessamur, quid diuinius, quam opem ferre suppli-  
cibus, excitare afflitos, dare salutem, liberare pe-  
riculis, uniuersum hominum genus magnitudine,  
& multitudine meritorum deuincire, & ad om-  
nium incolumentatem bonorū, improborumq; ter-  
rorem natū uideri? O pacis, otijq; sociam eloquen-  
tiam! O uitæ magistram! O reginam, ac princi-  
pem omnium artium! Quænam esset nostra uita  
sine te, uel potius mors? Quæ lux uel potius cali-  
go? Quæ confusio, quæ tenebrae? Quod hoc, supe-  
rioriq; tempore suis ei honor tributus nō est, sit  
hæc uel temporum iniuntas, uel hominum cæci-  
tas, uel utrumq; simul: apud ueteres certè, in illa in-  
geniorum, eruditiorūq; fœlicitate plurimum ei  
tribuebatur, & eius studium cæteris studijs ante-  
latum liberis gentibus, orbisq; terrarum expugna-  
toribus, dominari consueuit. De hac artetam am-  
pla,

pla, tam pulchra, tam utili, nec exiguus tempora,  
et maximus laboris, nos, quibus Latina lingua per-  
regrina est, qui in optima scribendi, aut dicendi ra-  
tione rudes, ac infantes pene sumus, qui tantum a  
ueterum studijs, exercitationibus, et ingenij de-  
generauimus. In eummodo labore, et assiduo cogi-  
tare non debemus. Nunquam enim rem omnium,  
ut usu multorum saeculorum apparuit, difficulta-  
tiam, eademq; omnium glorioissimam ludibrii  
di consequemur. Sed quorsum haec ad nos, quibus  
nemo attentius, nemo ardenter, nemo maiori im-  
tegritate, et religione et ad literarum, et eloquie-  
tiae studia incubunt? Quorum est tantum ingenii fec-  
licitas, ut, que alijs sunt obscura; et nimia come-  
tantiū subtilitate abstrusa, Pbaebat nobis buce clae-  
riora videantur. Evidem, si liceret ingenium cum Honeste pol-  
mō voluntate coniungere, ita ut alterum alteri respon-  
deret, et cupiditati pares essent uires, sperare posse  
me industria, diligentia, studio: uerum de-  
siderium, ac expectationem adaequare; et istam  
ueteris eloquentiae sitim sine ullo fastidio expiere.  
Verum, ut hoc guidem certe ab imbecillitate, ten-  
tuit atque me sperari minime posse, et deberenā  
modo cognosco, sed etiam tam liberē, quam do-  
lenter confiteor; sic illud facile sponteo, in meq;  
recipio, sicut aut iam est in me facultatis; aut ea-  
git aliquando in his studijs, quibus totum me addi-  
xi, atq; dicavi, partum, uelle me id totum, quan-  
tumq;

# B R E V I S E P I T O M E

buntq; erit; nescire laudi seruire; unam uestrām ull  
litatem respicere; quod si consequar, sordebunt a-  
pud me humana omnia, maioraq; meis laboribus  
contigisse. p̄p̄em̄ia iudicabo, quam aut optarim,  
aut sperauerim. Illud autem, si me probe noui, ef-  
ficiā ut non modo uos quos in oculis gerō, sed om-  
nes intelligant, me uestrorū meritorum neq; ingra-  
tū, neq; in memoriā unquā, quod uitium latē patet,  
exitisse. Quod nī facerem; mi lāto, et grato anta-  
mo uestra acciperē beneficia, et uoluptatis sensu  
profus carere, et mortalium plane ingratisimus  
esse, et omnē penitus humanitatē exuisse existi-  
māre. Exstabit, emisebit, hercabit anūnd meae  
strorum magnitudo beneficiorum, et ante oculos  
posita omnem ingratē oblinionis ignauiam excu-  
siet, uel ob id maximē, quod in uisu terris, cœlo &  
damnatum ingrati nomen exhorcam. Quidquid  
igitur diligētia cōsequi, studio pr̄estare, iadūstria  
perficere, memoria cōplete, viribus sustinere po-  
tero, id tatum; tanquam obseruantiae, et pietatis  
erga uos me& perpetuum esse pignus uolo, et hor-  
diernū diem tanquam uadem locupletissimum exi-  
stere, adeò, ut prudentiam uestrā, et iudicium de  
me, meisq; studijs, mei rursus animi egregiē memo-  
ris significationē, ac uocē, admirabiles uestras, sin-  
gularesq; uirtutes assidue, et libenter pr̄edicant  
tem posteritas omnis cùm audierit, uehementer  
admiretur. Quid multis? sedebunt in ore, uerba  
buntur

buntur in pectore, habitabunt in lingua uestra in=gentia merita.

**Quæ** mihi semper erunt imis infixa medullis.

Ex Ouidio.

Perpetuusq; anima debitor huius ero.

Spiritus hic uacuas prius extenuandus in artus.

Ibit, & in tepido deseret ossa rogo.

Quam subeant animo meritorum oblinia nostro,

Et longa pietas excidat ista die.

### De elocutione, tertia parte Rhetorice.

**Elocutio**, à qua eloquens, quæ est copiose loquens sapientia, dicta esse existimatur, est oratio nisi ex ornanda ratio; cuius sunt tres partes, elegantiæ, dignitatis, compositio.

Quid sit elo<sup>c</sup>utio, &  
quot ciu<sup>s</sup> partes.

**Elegantia** est, orationes virtus, quæ facit, ut unū quodq; uerbum purè, aperteq; dici videatur: et adplexa est, Grammaticorum, & Oratorum.

Elegantia.

Grammaticorum elegantia constat latinitate, & perspicuitate; illa est observatio incorruptæ loquendi secundum Romanā linguam, & uero est, quando uerba propriæ aptæ in oratione coniunguntur, huius uerbi Grammatici persequuntur.

Quid sit La  
tinitas.

Cæterum latinitatem assequentur, si utamur uerbis Latinis, ijs nimirum, quæ apud Ciceronem, Cæsarem, Terentium, & Virgilium reperientur.

Latinatus  
vicia.

Initiat latinitas Barbarismo, qui fit additio ne; detractione, immutatione, transmutatione li teræ, & depravato accentu: Barbarælexi, quæ est, Barbarismus.

# BREVIS EPITOME

cum uocem Romanis hominibus in usitatibus fama  
solecismus. pamus: et solœco, aut solœcismo, qui fit, quando  
uoces Latine, et elegantes sunt; fixit autem; et ap-  
positi affinitas perturbabatur, aut rectius con querbo  
male coheret; aut inferiore cū superioribus per-  
peram connectuntur. Sed ad elegantiā redeamus.

**Elegantia q<sup>u</sup>  
bus in ver-  
bis sita sit.**

6. Elegancia sita est in uerbis simplicibus, ut  
coniunctis : simplicitas aut sunt nativa, id est, cum  
rebus ipsis nata, aut reperta, seu modificata, ne-  
cessitatis, et elegantie causa inuenta.

7. Natiuatis deligenda sunt, quae non sunt sor-  
dida; ut uomere; offensiva; canimurū quæ satiō ho-  
nestē nominari non possunt; iniustata, ut opulē  
scere; agrestia, ut festertiorum numerorum quæ  
mollis sunt personaropē, ut festertiā, auxiliū;  
noua (cautius enim est uti circuitione, cū respon-  
ua, & inaudita coptingit, quam barbarus modis,

Grecas, vo-  
ces quot mo  
dis liceat ad  
mittere.

## **Canones quidam diligenter**

8. Ne Andabat armis more instauraria; tamq;  
diffusa huc, atque illuc uagemur, hos canoris res-  
ligiose seruhabimus.

9 Non queuis dictio uerbo iungi potest, quia... <sup>Primus ea-</sup>  
uis illam Grammaticorum canones admittant. Di-  
cimus enim facere uerba, non agere uerba.

10 Voce parum opportuna, & in suo loco non  
sita, latinitas uitiatur, omnisq; perit elegantia.  
Hinc si quis dicat, homo homini Deus, eleganter  
loquetur; at quā ineptē, quamq; pueriliter, si hac  
ratione; huius lucis usura fruens, rationisq; & con-  
siliij particeps, est animal regio ad gloriam, & im-  
perium nato, Deus.

11 Barbarica phrasē omnis latinitas peruer- <sup>Tertius</sup>  
tur, id est, si linguam Latinam ad idioma uernacu-  
lum detorqueas, uel, ut Barbari loquuntur, ad pe-  
dem literæ orationem Hispanicam conuertas.

12 Quaratione exornari, & poliri oratio so-  
leat apposito, seu epitheto; & sententiæ aliæ cum  
alijs copulentur, priuatim demonstrabimus.

## Cap. II. De dignitate.

13 Dignitas est, quæ ornatam reddit orationē, <sup>Quid sit di-</sup>  
& grata uarietate distinctam. Constat ex uerbo-  
rum, & sententiarum ornamenti, quibus præter <sup>Ex quibus</sup>  
uulgarem consuetudinem expolitur oratio. Legū <sup>confer,</sup>  
tur hæc Ciceronis uerba; ornari orationem Græci  
putant, si uerborum immutationibus utamur, quas  
appellant tropos, & sententiarum, orationisq;  
formis, quæ uocant Schemata.

14 Tropus est, locutionis forma, qua propria <sup>Tropus</sup>  
D significat <sup>quid.</sup>

BREVIS EPITOME

Exercitatio uerbi in aliam commutatur; forme hu-  
ius sunt Metaphora, Ironia, Syneccdoche, Me-  
tonymia.

Metaphora.

15 Metaphora est, tropi forma ex simili simile  
significans. Quae laudabilis est, si ratione sumpta  
sensibus accommodetur, præcipue oculorum sen-  
sui, qui est acerrimus; quamvis illa à rebus omni-  
bus deduci possit.

Metaphoræ  
vicia.

16 Vitiat Metaphoram dissimilitudo; repre-  
henditur quæ longè petita est, quæ obscoena, quæ  
maior, aut minor, quam res postulat, quæ nimis  
dura, & insolens; quæ certè molletur aliqua adhuc  
bita uoce.

Allegoria, &  
Aenigma.

17 Si multiplicari, & continuari Metaphoram  
uideas, Allegoriam uocabis, si Allegoria sit obscu-  
rior, Aenigma dicitur; si excessu in significatione  
uideas, Hyperbole appellabis.

Ironia.

18 Ironia est, Tropi forma ex dissentaneo dis-  
sentaneum significans, Latinè illusio, & dissimu-  
lacio uocatur. Aliud enim dicit, aliud intellige-  
uult.

Syneccdoche.

19 Syneccdoche est, cum ex parte totum, aut ex  
toto pars intelligitur; aut individuum pro gene-  
re, aut genus pro specie, aut species pro individuo  
ponitur: uocatur ab alijs Antonomasia.

Metonymia.

20 Metonymia, seu Hypallage est, cū ex cau-  
sis effecta, uel ex subiectis adiuncta, aut contra  
significantur; quod fit quatuor modis, i. cum in-  
uentor

Cum vox iterum atq; iterum repeti-  
tur opib; Bewirbt. crux. crux. tolle  
rent, & cerent, occidi occidit

cum vox idem in his oculis clauditora  
tionem ut multa super priamo  
rogitant ex superectorum multa  
epanalepsis vocatur

Inserboz similiūm conclusio  
ne appellatur paronomasiæ et  
verba, verbera, amansamēs  
orator, arator

cum multa sine conjugio ex vita  
sunt. Ibi id est non constituant ut  
ceteros post rem comitudo rem ra-  
mum deformatum consumpsit  
it

uentor pro re inuenta ponitur. 2. cùm ex effectis causæ significantur. 3. cùm continens pre re contenta usurpatur, aut possessor pro re possessa. 4. cùm ex adiunctis res subiectas intelligimus.

### De figuris verborum, & sententiarum.

Quid sic si-  
gura.

21 Figura est habitus, seu conformatio quedā, qua oratio à recta, & simplici consuetudine mutatur. Quæ duplex est, uerborum, & sentētiarum. Figuræ uerborum sunt, quæ sequuntur.

Verborum fi-  
guræ.  
Epizeusis.  
Anadiplosis.

22 Cùm uox continenter repetitur Epizeusis est. Cumque ultima fuerat prioris carminis, fit prima sequentis, Anadiplosis, usitatisima Poëtis. Cùm in his eadē audiatur incisorum, membrorum, seu periodorum, Anaphora, huic Epistrophe contraria est, quæ cum superiori coniuncta Symploce efficit. Epanalepsis est, cùm uox eadem inchoat, & claudit orationem. Si eadem in principio, & medio, aut medio, & fine audiatur, Epanodos est.

Anaphora.  
Epistrophe.

Symploce.  
Epanalepsis.

Epanodos.

23 Est figura in uerborum similiūm cōclusione; hæc appellatur Paranomastia: at si idem uerbum, aut nomen uarietur per tempora, aut casus, fit Poliptoton. Quod si uerba subinde mutentur per figurā aliquam, aut uariandi rationem, & eadem sentētia maneat, Expositio Sinonymiæ fit; si autem idem nomen, aut uerbum bis in contrario sensu repetatur, est Antistasis: deniq; multa sine coniunctione posta Asyndeton constituunt.

Paranoma-  
stia.

Poliptoton.

Expositio  
sinonymiæ.

Antistasis.  
Asyndeton.

# B R E V I S E P I T O M B

## F i g u r æ s e n t e n t i a r u m .

Figura sen-  
teniarum  
duplex.

Interroga-  
tio.

Pysma seu  
quæstum.

Epytrochal-  
mus.

Exclamatio.

Aporia , &  
comminica-  
cio.

Subiectio, A-  
pophasis.

Oximoron,  
& sustenta-  
tio.

Paralypsis.

24 Duplex est figura sententiarum, altera, qua figuratur orationis habitus, quasi uestitus, uel affectus, altera qua ipsius corpus augetur. Prioris haec sunt formæ.

25 Interrogatio, cum exacerbando aliquid percontamur; Pysma seu quæstum idem propemodum est sed superiori una uoce, huic non nisi pluribus satisfacere possumus. Epytrochasmus terribilis est interrogatio. Seper numero instadi causa, admirationis, acrius imperandi, commiserationis, & indignationis interrogamus; sed haec ultima appellatur Aganactiss.

26 Exclamatio est, ubi impotens aliquis affectus animi erumpit; cui confinis est execratio oratoria.

27 Aporia, & communicatio (utraq; dubitatio est) hoc differunt, quod illa nobiscum. hac cum alijs dubitamus. Sed cum querimus quid in nos, & pro aduersario dici possit; Subiectio est, ut est Apophasis, si, quasi alio interrogante, nos respondemus, rationemq; reddimus.

28 Oximoron, & justentatio sic se habent, ut illa sit ita subtilis sensus, profundæq; sententiae, ut fatua uideatur, haec uero audientium mentem decipiat, subiectiens rem modo maiorem, modo mino rem quam erat exspectata.

29 Paralypsis dum multa se praterire fingit,

ut quis tu sum o est quid tibi in iudicio  
me cum reuerterem,  
ut quid non mortalia pectora cogit  
Improbis amoriq; non res pectora cogis auri  
sacra fatus?  
exclamatio, ut ex aliis oportentum in  
ultimasterrae es portandum



*Epanortosivit deSmicpolulo sine regnum est  
zeoro dave*



Accurate recitat; sed Apostrophe subito mutata persona in aliam inuehitur. Permissio. & concessio simillime sunt at illa figura non est absque exprobatione, dissimulatione, asseveratione, aut fiducia, & est in factis, hæc in dictis, cum rem propositam comprobat.

30 Parrhesia præfert audaciam dicendi, quod periculosem dictu uidebatur. Deesis potestatem, aut numen, aut auxiliū cuiusquam implorat. Diabo le futura denunciat. Epitimissis iisdem uerbis, quibus lacesbitis sumus, respondere nos docet. Tandem Hypocrisis aduersarium gestu, & pronuntiatione extollit, uel abijcit.

### Figuræ quibus orationis vberitas augetur.

31 Si consequentia membra ab eisdem oriantur uerbis, quibus antecedentia clauduntur, & uelut gradibus quibusdam connectatur oratio, sit Climax, seu gradatio: si conuertatur sententia per contrarium, commutatio; si contrarijs opponantur contraria, Anthitesis; si duæ res contrariae coniungantur, Synociosis.

32 Epanorthosis, quod dictum est, tollit, ut melius reponat. Prodiorthosis, præmunit, & corrigit, quod futurum est insuave auditoribus, aut nobis odiosum. Apodiosis quod ab aduersario dictum est, reijcit, excludit. Procatalepsis tacitam oblicationem refutat. Paramologia quedam largitur aduersariorum.

B R E V I S E P I T O M E

aduersario, ut reliqua magis exaggerari possint.

Paradiastole. 33 Paradiastole, aliquid concedit, ut uicinum  
Transitio. quid detrahi possit; Transitio monet, quid dictum  
Aetiologya. sit, & quid restet; Aetiologya caussam ostendit;  
Dicæologia. Dicæologia officij rationē, aut excusationem ad-  
Prosapodo- hibet; Prosapodosis, pluribus propositis suam  
sis. cuique rationem subiicit. Calor est simulata & obli-  
qua defensio alicuius suspecte caussæ, uel perpe-  
ram facti. sic Fabius monet, dandum esse deformi-  
bus colore in hoc est, speciosam facti caussam ex-  
Epixigisis. quirendam. Epixigisis, que sunt dicta superius,  
declarat.

Amplifica- 34 Amplificatio est, quoties gradibus aliquot  
tio. peruenitur non modo ad sumnum, sed quodam  
modo supra sumnum; ad hoc genus pertinet & il-  
lud, cum congestis ordine quodam circumstantijs  
in contextu, & cursu semper aliquid priore ma-  
ius insequitur. Huic contraria est Comparatio:  
nam ut incremento ad superiora tenditur, ita cō-  
paratio à minoribus incrementum petit. Fit au-  
tem uel iustitione, uel exempli collatione.

Ratiocina- 35 Amplificamus & ratione, cum aliquid cre-  
cio. scit, & aliud augetur: cum amplificamus conie-  
ctura ab aliquo signo sumpta, uel circumstantia  
maiore, que fidem prope excedat. Ad hanc for-  
mā referendū est, quoties res atrocissimas, quasq;  
in summa ipsi extulimus inuidiā, eleuamus consul-  
to, quo graviora nideantur, quod sequuntur. Ampli-  
ficamus

Epiphonema est exclamatio, quae ad finem rei narrata  
cessibet, ut tanum potest in animis hominum in  
guentis calamitatibus metus ~III~III~

Emphasis est, cum pl. cogitatione relinquitur, q. ver  
bi exprimitur, ut Ego illigui q., Ego sum ille con  
sul judices ~II~III~III~III~III~

Auxillis, verbogratio re quam proventitur, atiusq.  
proprii loco substituit. ut nunquam in mea causa tua si  
destitutusque contremuit ~III~  
Endiadis duo in uno contrahit ut pateris libamus et  
auro, coquebatur suauioratione aurebat vel ex quo



ficamus congerie uerborum, ac sententiarū idem significantium. Tandem amplificamus quasi correctione quadā. Sed de his plus satis: totidem autē sunt minuendi modi, quot sunt amplificandi.

Verborū cō-  
geries.

36 **Extenuatio** est, cūm attigisse dicimus, qui genam pugno contudit: huic Lyptotetes subiicitur, q̄a aliquid arrogantiæ uitandæ caussa extenuamus. Gnome, uel sententia, dictio est ad mores, uel res communes pertinens. Huc proverbia pertinent, & Enthymemata, i. sentētie ex contrarijs.

Extenuatio.

Lyptotes.

Gnoine.

37 **Epyphonema** est exclamatio, que ad finem rei narratæ adhibetur: Noëma sententiosum schōma est, detortum in personam aliquam, cuius mores, & ineptie notentur. Frequentatio res in tota caussa differas, unū in locum cogit, quo grauior, aut acrior, aut criminostor sit oratio.

Epyphonē-  
ma.

Noëma.

Frequētatio

38 **Emphasis** est, cūm plus cogitationi relinquitur, quām uerbis exprimitur: Auxesis, uerbo grauiore, quām pro re utitur, atrociusq; proprij loco substituit. Lyptote minus dicit, & plus intelligit; Endiadis duo in uno contrahit.

Emphasis.

Auxesis.

Lyptote.

Endiadis.

### De compositione, tertia Elocutionis parte.

39 **Compositio** est, uerborum concinna, & numerosa constructio, qua lenis, & equabilis, suisq; modulis perpolita fluit oratio. Paratur numero, coagulatione, concinnitate, & certa mensura Periodi.

Quid sit cō-  
positio, & q-  
bus rebus pa-  
retur.

B R E V I S E P I T O M E

Numer⁹ qd. 40 Numerus, est orationis apta modulatio, ex interuallorum, breuium, longorumq; uarietate: sunt interualla tempora syllabarū, & spatia, quæ in efferendis uerborum partibus transiguntur. Numerus ergo est, pedum ordine positorum quidam pulcher incessus, & ueluti quedam orationis ex politio. Numeri sunt pedes fere omnes, & ad ilius usum conuertuntur.

Pedes numero locus in quibus sit.

41 Locus est numero in principio, & fine periodi; media enim liberiora esse uolumus; quam ea suos habent pedes. Nam qui pedes frontem orationis occupant, hi in fine incisorum collocantur, sed non gemini, nec alijs præcedētibus. Pedes qui in prima Periodi parte constituuntur, sunt hi;

**Creticus.** - u -

**Pæan primus.** - u u u

**Pæan quartus.** u u u -

**Dichoræus.** - u - u

**Amphibrachis.** u - u

**Palimbacchius.** -- v

**Dactilus.** - u u

**Anapæstus.** u u -

**Molossus.** ---

**Dochmius.** u - - u -

42 Pedes in extrema parte Periodi laudantur.

**Dichoræus.** Dichoreus, præcedente Cretico. l. Dactilo. l. Spondæo.

**Choræus,** & **Molossus:** Molossus sequitur aliquando tres Choræos, uel Dactilum.

**Creticus** in extrema sententia uel solus, uel duplificatus, elegantissimus etiam est Dochmius. Suus Tro-

uis Trochæus cum spondaeo; Dispondaeus præcedēte Choræo; Dactilus post Creticū, & Bacchiū. Horum est usus apud Ciceronem frequentissimus. Quæ hoc in loco notari solent uitia, ea nos priuatum nostris auditoribus demonstrabimus.

43 Si Periodus monosyllaba dictione breui claus datur, elegantissimè præcedit Iambus, uel Anapæstus: si in breui, Trochæus.

si ultima di-  
ctio mono-  
syllaba fue-  
rit.

### De coagmentatione.

44 Coagmentatio est eorum structura uerborum quæ molliter cohærent, ut apud Ciceronem in hoc exemplo reperies: Quæres in ciuitate duæ plurimum possunt. Spectatur in uocalibus, consonantibus, aut in utrisq; simul; habet suas etiam figuræ.

Quid sit co-  
agmentatio.

45 Prima est Anastrophe, quæ dicitur duoru uerborum ordo præposterus, ut Italiam contra; quodcum, quicum. Apocope ultimam syllabam, aut litteram tollit, ut Immisis Achilli, peculi, peculij. Relique Poëtarum magis, quam Oratorum censentur: sed ad uocales redeamus.

In quib' spe-  
ctetur.  
Figuræ coa-  
giment.  
Anastrophe.

46 Danda opera est, si mollem, & suauem distinctionum iucturam uolumus, ut exiles, tenuesq; uocales, quales sunt. i. & u. præcedant sonoras, a, & o; E uero medium obtinet sonum. Fugienda quoq; uocalium tenuium multitudine, ut progeniei, & mollitiei. Quod si quando contingat, ut uocales, quæ non apte cohærent, nostra in oratione

Apocope.

D s audian-

Vocales quæ  
eleganter, &  
molliter co-  
hærent.

Quæ dictio-  
nes fugiea-  
dæ.

## B R E V I S E P I T O M E

audiantur, non ideo graue nos commisisse peccatum, putandum erit. Id enim M. T. id Quintilianus, id primæ Classis Ciceroniani, & egregij dicendi artifices nequaquam formidarunt.

### De consonantibus.

47 Ex ijs optime coherent, quæ labijs coeuntibus efferuntur, ut, m, &, b, m, &, p, & cum ab ea consonante incipit dictio sequens, quæ priorem finiuit ac terminauit, ut tecum meritis certet. V, laudatur post m. ut, Eoliam uenit. Et f, ut loca foeta furentibus austris. Nec Ciceronis desunt exempla. Longum sīm facturus, si omnia, quæ hoc in loco præcipiunt Rethores, uelim in hunc libellum congerere; præsertim cum, ut opinor, nemo sit, qui, si paullò accuratius in Ciceronis operibus uersatus sit, auresq; suas consulat, non facile possit per seipsum & eiusmodi uitia declinare, & quæ utilia sunt, ac laudabilia, suum iussum conuertere.

### De concinnitate.

Quid sit eō.  
cinatas, &  
eius figura.  
Similiter de-  
linentia simi-  
liter cade-  
ria.  
Antitheton.

49 Concinnitas est, oratio cadens aptè benefigio figurarum, que sunt, similiter desinentia, ut in foro nunquam, in agro aliquando; in locis desertis; in iudicijs constitutis; bæc à quibusdam appellatur similiter cadētia, uoluntq; similiter deſinētia esse bæc, tulisti h.ec omnia, & dedisti. Aliæ figura est Antitheton, quæ omnia contraria cuiuscunq; generis sint, complectitur: tandem considerantur

rantur paria paribus relata, in quibus membra paria paribus opposuntur, ut uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Has autem delicias orationis, ut pueriles, uir grawis parcus in suam orationem admittet.

### De mensura Periodi.

49 Periodus inuenta est ab ijs, qui in Gracia Oratorium numerum inuenerunt, cum à Romae dus. A quibus in uenta perio nis, ante Ciceronis tempora, nunquam fuisset cogitata. Nam eo tempore L. Crassus, M. Tullij preceptor, à Græcis acceptani Romanis tradidit.

50 Est autem Periodus, oratio in certo quodam spatio inclusa, procurrentis, quoad insistat in singulis sententijs. Dicta est à Peri, i.e. circu, unde dicta. Codus, uia, quasi circularis uia.

51 Periodus, que unicum habet membrum monocolos dicitur; que duo dicolos; que tria, tricologos; que quatuor; tetracolos; Latinè unius, duorum, trium, quatuor membrorum; aut bimembbris, trimembbris, quadrimembbris. Qui nimis religiosi modum describunt ita, ut eam quadrimembrem commendent, audiendi non sunt uel eo solo nomine, quod Cicerò liberum unicuique in hac resuē esse iudicium uoluerit.

### De memoria.

1 Memoria est, firma animi rerum, et uerborum dispositionis perceptio. Hac uia, ut rerum Quid memo omnium thesauro, mentisq; humanae, ac cogitativa

## BREVIS EPITOME

tationis custode, omnis disciplina, omnis dictorum, factorumq; ratio, omnis humani ingenij commentatio, splendorq; eloquentiae continetur.

**Memorizavir** 2. **Virtus memoriae duplex**, facile p*re*cipere & fidelissime retinere. Memoriam, quae fit per imagines, poteris peferre ex e libello, qui *Phœnix* D. Petri Rauennatis inscribitur: Item ex Fabio, & Cornificio Sed stet hoc in primis, & nūquam excedat, eam excolendo augeri.

### De actione, seu pronunciatione.

Quid sit pronunciatio, & in quibus consistat.

1. Pronunciatio est, apta conceptæ elocutionis enunciatio. Hæc lexis à uoce, Per iergia ab actione dicitur. Ante Aristotelē ferme nulla fuit, mox à Poëtis, actoribus, Scenicis, Tymelicis inducta.

Pronunciationis partes.

2. Pronunciationis partes duæ, uox, & motus, illa ad aures, altera ad oculos auditorū reuocatur.

Tres vocis gradus,

3. Intendendæ uocis in oratione tres sunt gradus, 1. accentus tres: Primus, grauis, & plenus, ut si intentio coenam in tuis immanibus illis poculis, &c. In redditione collationis producēda sunt omnia, trahendæ uocales, aperiendæ fauces, quo maior, quam antea. fœditas exprimatur. Secundus acutus sonus est, ut pro Ligario, uile, quam non reformidem, &c. Tertius moderatus, & circumflexus, ut quid enim Tubero. Sed hæc de uoce.

### De motu.

Quid motus. 4. Quoniam motus corporis gestus est, & uultus moderatio quedam, quæ probabiliora reddit ea, quæ

ea quæ pronuntiantur; sedulo conandum est, ut in motu potissimum decorum seruemus. Motus in uultum. & gestum diuiditur; uultus in facie est, gestus in reliquo corpore.

Caput mobile sit, non rigidum, & durum. supernum arrogantiam, detectum demissionem, & pudorem; inclinatum in latus lauguorem, & somnum indicat. Iactare caput, & comam rotare fanaticum est; nutat in transuersum cum negamus; in pronum cum concedimus, aut affirmamus. Sed haec, & alia, quæ ad singulas corporis partes spectant, priuatis, & assiduis exercitationibus reseruantur. Hæc tamen fideli memoria retinenda, quæ sequuntur.


Initio dicendi erectus debet esse uultus, sinistra pes aliquantulum præcedat; potissimum si dextram manu fiat actio, quæ paullum ultra sinum proferatur; componatur toga, tum ut sit aliquid spatij ad cogitandum, tum quia dicentis cura delectat. Barbam ne demulceas, nec comam dirigas, nec manum intuearis, nec articulos infringas, faciem perfrices, lacunaria suspicias.

Vox sit remissa, non murmurans, mox paullò Vox qualia. altius assurgat. Sic enim modestiā præfert, nec fauces opprimuntur raucitate, ut Plinius loquitur.

Gestus cum laterum flexione uirili probatur, Gestus: non à scœna, & histrionibus, sed ab armis, & qui frun-

Quotuplex  
motus.

Totius cor-  
poris habi-  
tus.



BREVIS EPITOME

erunco magis toto uniuersane rem, atq; sententiam declaret, quam partibus demonstret; quamvis in partibus actio quoq; decora est.

Bracchium,

Bracchium tanquam telum in contentionibus projiciendum, contrahendum in remissis: at cum speciosius quiddam dicendum fuerit, ut illud; saxe, et solitudines uoci respondent, exspatiatur in latus.

Manus.

Manus honesta fuerit, digitis subsequens uerba, non exprimens: exprobando autem, et indicando, index plurimum ualeat. Ex omni denique gestu mirifice semper placuit initio dicendi uerecundia, et iusti timoris significatio.

Atq; haec sint, que de Rhetorica breuiter à nobis, et in angustum conclusa dici uidebantur posse in eorum gratiam, qui

sese nobis in disciplinam tradiderunt.

(?)

VINO



VINCENTII BLASII  
 Garciae Valētini Orationes duæ,  
 quarum altera in Laurentij Palmyre-  
 ni Rhetoris clarissimi, Altera in Michaelis Lu-  
 uielæ magni, & nobilis Theologifunere ha-  
 bēda fuerat, nisi quidam, quorum erat huma-  
 niores literas promouere, pertinaciter  
 obstitissent. Cùm ergo publicè  
 recitari non potuerint, fo-  
 ras dantur.

### Præfatio in sequentem orationem.



ON dubito P.I.uigilantissimi, hu-  
 manissime Rector, uir literarum <sup>Officiosa dī</sup>  
 cognitione, & generis claritate  
 perillustres, quin hæc Vincentij  
 Blasii Garciae præceptoris mei, of-  
 ficiofa diligentia, pia recordatio, ex uero, & soli  
 do animi sensu profectæ laudes Laurentij Palmy-  
 reni, iam uita functi, manibus gratissimæ sint futu-  
 ræ, si quid maiorum nostrorum sepultæ reliquæ  
 sapiunt; si non simul cum corpore sensus omnis  
 una, eademq; cōsumptus est tabe. Vnde qui uis fa-  
 cile, modo nulla sit malevolentia suffusus, in-  
 telliget, quam ex animo dilexerit; quanta ob-  
 seruans

# ORATIO IN FUNERE

**S**eruantia coluerit illum, dum uiueret, quem mora-  
tuum tanta benevolentia prosequitur, cuius me= Quæ ab alio  
proficiscun-  
tur laudes,  
non contem  
**moriām ab interitu, præcellentes uirtutes ab obli-**  
**uiōne, nomen ab obscuritate, quantum est in ipso**  
**positum, uindicare contendit.** **Quamvis enim uir,**  
**omni doctrina politissimus, editis nūquam interi=**  
**nendæ suat. turis ingenij monumentis, æternam sui posteris**  
**omnibus memoriam reliquerit, uicturusq; sit in ho**  
**minum linguis, atq; sermonibus ob eximias uirtu**  
**tes, & plenissimam prope ingenuarum artium co**  
**gnitionem, tamen uia non imperiti hominis, & si**  
**delissimi discipuli uox, honestissimorū præterea**  
**hominum testimonium addent fortasse aliquid ad**  
**eam nominis, famæq; celebritatē, quam optimus**  
**Quisq; audiissimè cōcupiscit. Omnes enim, qui glo**  
**ria, famaq; ducuntur, mirum inmodum laudes, &**  
**encomia ab inferioribus etiā profecta delectant,**  
**iuuatq; homines & magna, & lata prædicatio.**  
**Cur eam diu à publico abstinuerit.** **Quòd autem serius, quam oportuerat, hoc pie-**  
**tatis officium præstare uideamur, & diutius, quām**  
**par fuerat, suspensas omnium mētes exspectatio-**  
**ne hodiernifuneris, tenuerimus, illud profecto im-**  
**caussa fuit, quòd incerto adbuc rerum euentu an-**  
**cipites, iactaremur; nec satis esset exploratum,**  
**quisnam publico patrum Reipub. consenserit de-**  
**mortui locum esset eligendus, & ad tantum hono-**  
**rem efferendus. At postquam uestra. P. I. clarissi-**  
**mi, prudentia & benignitate tantum fuit præce-**  
**ptori**

que lo hizo

Su sueño es ser siempre en lugar  
de muerto



ptori meo commissum munus, tam difficilis dela-  
ta prouincia, tam inexpectatus habitus honor;  
omnem abrupit moram, nihil cunctatus est; nulli  
labori, nulli sumptui pepercit; modò se m̄tre gra-  
tum; & acceptorum beneficiorū memorem ostend-  
deret, testatumq; relinquere in animis hominum.  
apud se de illo fuisse unam, & assiduam cogita-  
tionem, cuius in locum, ac munus, nullo suo plane  
merito, sed lectiKīorum hominū auctoritate ac de perso-  
imperio, fuit electus. Cum ergo iudicium exspecta-  
ret uestrum, clarissimi P. I. distulit hoc officium,  
repressit aliquandiu ardorem; frænauit cupiditas  
tem illius decantandi laudes, qui & in laude uti-  
xit, & multa laudabilia fecit, tamdiuq; laudabi-  
tur, quamdiu uera uirtus, non fuit insignis pie-  
tas, non supersticio, Christi uerareligio, non inania  
numima, literæ, literatiq; in honore habebuntur.  
Illud etiam uos oro, domine mei præceptoris, ut  
si demissè nimis, & ieune de laudibus eloquen-  
tissimi viri, qui post meditatus est adolescens,  
agere uideatur, id potius magnitudini rerum, quæ  
undiq; obijciuntur, quam in opere; innumerabilibus  
potius occupationibus; quibus districtus magister  
noster tenetur, quam negligentiae, aut ignaviae,  
pro uestra humanitate, tribuatis. Vix enim satis ad meditandum, nedum ad commentandum, otij  
nancisci potest; cum ad sex horas, quibus Valenti-  
nam iuuentutem, nō tam ad eloquentiam Roma-

Per molles  
occupatio-  
nes.

ORATIO IN FUNERE

nam, quam ad fidem Christianam, omnesq; uirtutes conformat, duarum in aula regia uix tolerantur molestia, & labor accedit. Iā igitur, qui nūquā intermissō octo horarū labore, omnibus dieb⁹ grāuiter exercetur, nō video, qui, nisi intercānādum, genioq; indulgendū hisce uacare exēcutionibus possit. Hinc sit, ut dum se ab Herculeis planē labōribus recreat, aut cu amicis, uitæ, morumq; cādore, prēstantibus siucundos, & literatos sermones habet, aut in ambulans, ut multi uel iurati possunt cōfirmare, ad hoc exēcutionis genus animum, ac studium adiungat. Faciet tamen uestra benignitas, ac integrū de rebus humanis iudicium, ut rem hāc totam ex ipsius tantum uoluntate metiamīns, atq; nouum oratorum amīcē, ut soletis, ac patiēter aueratis, cūm ob aliam multitudinē ob hoc maximē, q; quæ dicentur, ad eīus commendationem referentur. Asint qui simul ac in hunc locū ascenderat, ita Valentinos omnes ad se audiendum incitabat, ut cūm theatrum hoc satis amplū, tantā hominum, hūc undiq; conuenientiū multitudinem uix caperet, Valentia ipsa urbs alioqui & naturā, & situ, & descriptione ædificiorum, & pulchritudine in primis nobilis, & ciuium frequentia copiosissima, in magnas deuenisse solitudines crederetur; Et qui tam celebri spectaculo nequaquam intererant, Valentiam ipsam Valentiæ se desiderare clamarent.

Dixi,

VINZ

# VINCENTII BLASIE

## Garcia Valentini in funere Laurentij Palmyreni oratio, à N. publicè recitanda.



VOT astris distinctum, & ornata yermos eadis  
 tum oculis sese nostris cælum of-  
 fert P. I. clariſſ. & otidem quondam  
 Romana Respub. <sup>ancoræ</sup> generoſæ, inui-  
 etæq; uirtutis Imperatcribus clasſe sonyal-  
 ruit; qui p̄eclarissimis rebus gestis, & partis in  
 gentibus uictorijs, animo pariter, & corpore in  
 domiti nunquam à militari labore discesserunt,  
 & Romanum Imperium, armis ubique uictri-  
 bus, longè, lateq; propagarunt. Adfuerunt illi, ma-  
 gnis perturbatæ, iactatæq; fluctibus, duo (ut reli-  
 quos consulto p̄etereā) fœlici fidere nati, Metel-  
 lus Macedonicus, & Scipio Africanus, uiri nō ali-  
 ter, quam maiora antiquitatis numima, celebrati.  
 Quorū ille quamuis immortales cùm hoc inimici-  
 tias, orta inter eos ob æmulationem uirtutis grauit  
 contentione, geſiſſet, ita tamen honorificè & lo-  
 qui, & ſentire Metellus de Scipione solebat, ut  
 Scipio inimici testimonio, quod auctoritatis ha-  
 bebat plurimum, in cælum euectus, nequa-  
 quam affentatorum laudibus indigeret ad glo-  
 riæ

## ORATIO IN FUNERE

Fiam famamq; hominum colligendam. Nam cun  
 Scipioni in suo lecto quiescenti, nefaria uis esset  
 allata, Metellus ad famam tam diri facinoris, lu  
 csumq; totius ciuitatis excitatus, in publicum se  
 proripuit, intimoq; dolore perculsus, animoq;  
 deiectus exclamauit: Concurrite, concurrite, ci  
 ues, mœnia nostræ urbis euersa sunt. Mox ad fi  
 lios suos mœsto uultu conuersus, eos admonuit, ut  
 lecto, quo efferendus erat mortuus Scipio, hume  
 ros subijcerent, addens nūquam postea futurum,  
 ut eodem pietatis munere erga uirum, pluribus  
 fortunæ, uirtutis, atq; naturæ dotibus insignem,  
 fungerentur. O Rem publicam miserrimam, que  
 illius occasum, & interitum uidit, cuius esset ita  
 testata uirtus, & nota innocentia, ut etiam infen  
 sissimorum hostium non obscura confessione sy= confessio  
 deribus ipsis inferretur! Sed o multo miseriorem  
 Academiam Valentianam, & grauioribus malis  
 undiq; circumuentam! quæ illum amisit, cuius præ  
 sentia dum fruebatur florentissima, & terrarum  
 orbis nobilissima reliquæ omnibus anteibat; obi= rebus  
 tu uero miserè deiecta, & deformata inibi est, ut  
 antiquæ dignitatis speciem, ac nomen uix reti= rebus  
 nere posse uideatur. Etenim mortuo Scipione, ui= rebus  
 uebant adhuc preter Metellum, Romani sanguini= rebus  
 aglossenata rebus  
 varones rebus  
 truciessen rebus  
luctu,

*auerſcierdi  
de la fama*

*fauorced  
de mgo de mortal  
afauoresca  
se le traxa lunga*



luctu, salutaribus consilijs, & felicibus armis, ne  
 quid Respub. detrimenti caperet, intentissima cu= ~~et~~  
 ra cauerent. At, me miserum! mortuo Laurentio i<sup>g</sup>radecu<sup>e</sup>  
 Palmyreno, clarissimo Rhetore, uiro immortalis  
 tatis dignissimo, magistro magnæ prudentiæ, acer  
 rimi iudicij, excellentis industriæ, in tanta eru= ~~et~~  
 ditorum hominum paucitate, tamq; studiosorum  
 corruptis moribus, actū iam esse de fama, de præ- ~~et~~  
 stidijs, ac ornamentis Academiæ, excissam melio- ~~et~~  
 ris fortunæ ~~spem~~, offusam ingenuis artibus semper  
 ternam caliginem, qui non uidet, nihil profectò us  
 det. Concurrite igitur, concurrite P. I. uigilantiss.  
 moenia uestræ Reipub. euersa sunt. Concurrite,  
 Procancellarie, & Rector fulgentissima nostræ re= ~~et~~  
 ligionis lumina, huiusq; Academiæ firmamenta,  
 parietes huius gymnasij solo æquati, constratiq;  
 conciderunt: subuenite, succurrite, adeste, Docto-  
 res ornatisimi, labenti ac prope cadenti eloquen-  
 tie; quæ tanti uiri orbata præsidio, grauissimoq;  
 ictu perculta, atq; prostrata, non habet, unde auxi-  
 lium petat, non uidet qui possit opitulari, nisi illæ  
 aura uestræ benignitatis aspiret, uestraq; pruden-  
 tia, & sapientia, ueluti cœleste quoddam numen  
 affulgeat. Et quando hoc est non modo uestræ fa-  
 cultatis, sed etiam uolūtatis, ferus sit, ac ferreus,  
 qui eiuscmodi precibus relictum iri a uestra be-  
 nignitate locum, arbitretur. Quod autem ad ho-  
 diernum diem spectat, quodq; uestræ prudetiæ est,

## ORATIO IN FUNERE

oro, & quantum possum, obsecro, ut me ad minu-  
dum Academiæ dolorem, ad luctum doctissimorū  
hominum restinguendum, comprimendas studio-  
rum lachrymas, de Laurentij Palmyreni laudia-  
bus, ab ipsa propemodum æternitate repetito  
instituto, breuiter agentem, eodem, quo illum ui-  
uum amore, benevolentiaq; prosequuti semper  
estis, complectamini. Non spectabat Metellus a-  
liquando fore, ut clariori cui, quam fuisset Sci-  
pio, idem pietatis officium prestare filii possent.  
Et erit quisquam in hoc tam nobili cœtu, qui,  
quid ego mœrore confectus, & lacrymis largè  
manantibus, uocemq; in ipsis fauibus oppri-  
mentibus, pene obrutus ad dicendum surrexerim,  
nictam mibi temeritatis inurata non accidet, non  
inquam, accidet, ut unquam erga parem, ned una  
superiore eloquentia, & maximarum rerum co-  
gnitione, in eodē genere pietatis officiosus existā.  
Ad famam miserabili, inexpectatoq; euena-  
tu, dilacerati à canibus Euripidis, omnium, qui  
unquam ubique terrarum fuerunt Poëtæ, clarissimi;  
tantus Græcorum animos mœror inuasit,  
ut non aliter Atheniensium Respub. in luctu, la-  
chrymis, & squalore uersaretur, ac si Philippus,  
aut Alexander infensissimi hostes cum exercitu ui-  
store ciuitatem ingressi, omnia flamma, ferroq;  
uastarent in nobilissima tecta furiose griffaren-  
tur, omniaq; ederent, akaritie, & libidinis, & cru-  
delitatis

Transcripción

Sabor a gloria en buena ofra


sangrado de sistera en misio los  
animos  
luto  
anduviessen rigurostos  
contracasas principales



## Inferior

*electrode*

glosas  
biografias  
radios



delitatis exempla. Sophocles autem, unitan-  
tum Euripidi in Poëticalaude secundus, lugubri, ~~enigmatis~~  
& que int̄imorum sensuum dolorem præseferet, ~~Lamis~~  
indutus ueste mimos suos sive coronis, & mi- ~~survocata~~  
serum in modum deformatos, uniuersa preclato ~~tes~~  
~~luctu~~ gorum habitum prosequente corona, in cer-  
tamen, tunc temporis celebratum, introduxit. Phi metio  
lemon præterea, qui uiuum Euripidem omnibus  
tenerioris amicitiae muneribus excoluerat, mor-  
tuum tanta est omnium sensuum propensione ad= ~~ad~~  
miratus, ut illius desiderium ferre cum uix posset, ~~fieri~~  
exclamauerit;

„ Quod si re uera mortui, ut quidam uolunt,

„ Sensus haberent, funeri superstites; ~~longe~~ ~~peruersa~~ ~~magis~~

„ Finire uitam mibi laqueo meam uelim; ~~longe~~ ~~peruersa~~

„ Ut pascerem oculos intuendo Euripidem. ~~longe~~ ~~peruersa~~

Deplorarunt itaq; Athenienses omnes hone=   
stissimum ciuem, hominem doctissimum, uirum om-  
ni laude, & prædicatione maiorem; qui tunc tem-  
poris nobiles Poëtæ uiuebant, Poëtarum maxi-  
mum, Tragicorum Corypheus, omnis doctrinæ <sup>almasanè</sup> ~~taxadode~~  
Principem nequaquam adulanter defleuerūt. Quid loco tragicor  
igitur, obsecro faciendū censem Acaie[n]ie Vale-  
tine? Quid illius proceribus? Quid studiosis omni-  
bus? Quid illis, qui se nūc tāli Rhetoris fama co-  
moti ad studia literatū accingebāt? Dolebit Aca-  
demia quod extincto fidelissimo alumno suo, pgo-  
cis oris faciā cōquentiā, cuius potissimum causa

## ORATIO IN FUNERE.

reliquas Academias antegressa, sparserat, ac disseminarat nomen suum in orbis membris semper eternam, uideat mortifero afflictam uulnere, semperna profemodum oblivione delendam? At latentes huius Gymnasi, qui possunt non intimis sensibus cruciari cum recordentur, versari se in ueteri curriculo, illo æmulo, atq; imitatore studiorum, ac laborum suorum, quasi quodam socio à se, et comite distracto? Iam docti homines, ex de liberis bene meriti in belluinam degenerasse natura, et ferinos, omnis preta humanitate, mores induisse uideri debent, si amissio duce, et gloriost consorte laboris, nequaquam, ob tantū literis, literatisq; omnibus illatum detrimentū, lachrymis copiose fluēt, animo conceptum dolorem indicarent? Bonarum artium candidati, et qui satis sponte scientie studio flagrātes, eloquētissimi tamen uiri clarissima fama pellesti, cœperāt ardentiās de studiis literarum amplectendis cogitare, deficiāt necesse est medio in cursu, et in limine Musarum ita hæreant, ut progrederi longius non possint, referre pedē nolint, doctrinæ suavitate, atq; utilitate deiniti. Quid plura? dolor hic tam longe uagatur, tam latē patet; ut nemo homo sit in Academia, tam excurs, tamq; sue alienæq; prodigus dignitatis, quem non attingat communis hic mœror, atq; intimo animi cruciatu conflictet. Amisserunt Theōlogi rariſimum dicendi artificem, cuius informati pre-

parapetamemoria  
del mundo

de gmanera puden devar desoratame  
tados  
que an Secos mchobralas letras

los studianes

muidos

no quiera bolaratas  
q emene esternas  
gastador  
con le incimo dolor



Sera sera se descubrir  
caso rada

por ay agnia  
y muy agenadas

1470  
1471



ti præceptis, laudatissimam concionandi artem, eximiam persuadendi rationem, facro = sancta referandi mysteria modum, normamq; ~~modelli~~  
*yreaca* didiscerant. Philosophi uero, qui in huius educati gremio, splendidam uerborum copiam, admirable, paucisq; notum perceperant artificium, cuius quasi ductu, et auspicijs lucem, et claritatē agnoscerent rebus à uulgi tractatione semotis, et à populari sensu non parum abhorrentibus adferrent, miseram nunc orbitatem sentient, maximoq; in squaleore uersabuntur. Iacebunt in tenebris; hominum conspectum fugient; lucem uitabunt Rhetores; uitamq; peracerbam ducet illius destituti auxilio, cuius sub tutela, atq; præsidio latentes summam fuerant celebritatem nominis assecuti: eam cum in posterum pari fœlicitate tueri non possint, ne homilium fama, existimatione, et prædicatione decidant, et cæterorum expositi ludibrio, pedibus trahantur, uerebuntur quidem, ac pertimescent. Nec erit in Academia, nec in uniuersa Hispania medicorum conditio melior; nec erunt eorum maiorum expertes, quæ tantu viri immaturus nostræ Academiæ, inuexit interitus. Nam quod eorum sit nomen apud omnes terrarum nationes illustre, quod cæterorum extinguant famam, obscurat gloriam, laudes obterant, non quidem arti quam profitentur solum, quæ tamen sat is ipsa persicula uerba est. sed elegantiæ, splendori uerborum, uer-

ORATIO IN FUNERE

Eati, copie, orationi<sup>q</sup>; dilucide (que omnia  
ab eloquentissimo uiro, uelut ab uberrimo fonte  
in illos redundarunt) ferre debent acceptum.

Que sit præterea imposta plaga iuris utriusque  
peritis; quantum amisserint dignitatis; quāmque  
ad eos communis hic luctus pertineat; tunc demū  
intelligemus, cum, senescente paulatim, ex defi-  
ciente candore, puritateq; Latini sermonis, inue-  
ctam sensim, ac latenter ueterem barbariem, cla-  
rissimaq; monumenta, conuestita paupertate, in-  
voluta tenebris; infeliciq; siccitate uerborum de-  
formata, non sine uerissimis lachrymis, intuebi-  
tur. Tandem ipsa Valētina Academia cū amisa-  
uerit ornamenta dignitatis, præsidia stabilitatis  
sue, eō est perducta miseria; in id uenit periculū,  
atq; discrimen, ut, que suo splendore, atq; Roma-  
næ lingue uera, omnibusq; numeris absoluta lau-  
de florebat, miserum, ac morti per seruitutis iu-  
gū, ab ipsa barbarie impositum, subire ac perfera-  
recogatur: ac tādem offussa quasi sempiterna no-  
ete, naufragiū faciat, omni amissa dignitate; ideoq;  
reliquæ Academiæ, quarum dignitatem, ac splen-  
dorem, hæc nostra solis instar reliqua, sydera, u-  
bi simul exortus est extinguentis, suo lumine ob-  
struxerat, ex eius infamia laudem sibi parent, &  
que anteal latebant in tenebris, nunc demum erum-  
pant illi insultent; & infeliciſſimum casum obija-  
ciunt. Exultabunt namq;. & mirifica quadā uolu-

S. oratio da

Sc. a. egra

22

ptato

~~13~~

x rodi ducē scriuicō  
aut hores defamō



Ex a gallegio.  
a suy etata ame  
fia

ptate triumphabunt, dignitatemq; nostre Acad<sup>e</sup> vse et ioygym  
m<sup>i</sup>c<sup>e</sup>, nomen, ac gloriam que omnem infinitatem ~~debet~~  
ita peregrinabatur, ut nulla in extremitate consilium ~~debet~~ <sup>debet</sup> elmir<sup>etur</sup>  
steret, inani tantum fama constare prædicabunt. ~~debet~~ <sup>debet</sup> dñā.


Nec mirum: nam quemadmodū ex arescente fonte ~~debet~~ <sup>debet</sup> <sup>debet</sup>  
necessē est flumē, ab illo nascens non tam capaci-  
bus, ut antiferatur, alueis, nec trahat tumentes illas ~~debet~~ <sup>debet</sup> <sup>debet</sup>  
d<sup>r</sup>s, sed sensim immunitum, ac paulatim exhaustus ~~debet~~ <sup>debet</sup> <sup>debet</sup>  
fluere destinat: ita extincto Laurentio Palmyre-  
no, à quo, ueluti perēni quodam fonte, fluxus qui-  
dam eloquentie, & quasi perennitas in omnes ar-  
tes, ac artifices promanabat, fieri non potexit,  
quin intercipiatur omnino, & campi solito humo ~~debet~~ <sup>debet</sup> <sup>debet</sup> Seacare  
re destituti, fiant insolita ariditate deformes.

Natam fuisse simul cum Cicerone Romana elo-  
quentiam, & cum eodem nescio quo fato, misero  
quidē illo, ac peracerbo, extinctam, ut quam sine  
suo auctore, & magistro inter homines uersari,  
tractari ab imperitis, usurpari ab indoctis, ueteri  
dignitate, & gloria spoliari, & in contemptū im-  
dies uenire pigeret, atq; puderet, clarissimi scri-  
ftores nominis prodiderūt. Fauxit Deus Op. M.  
nc id ē ipsum nostræ cōtingat Hispanie ob illius in-  
teritum, qui mortuam propemodum excitauit elo-  
quentiam; aut, ut latissime dicam, excussa caligi-  
ne, & dissipatis barbari et tenebris; ut illum oculis  
intueremur; tractaremus manibus; ut Academia  
exciperet amplexu; ut illa in nosrū ueniret pro-  
scenium;

## ORATIO IN FUNERE

scenium; nobiscum pernoctaret; peregrinaretur;  
rusticaretur, effecit. Flagrabit enim tāto deside-  
rio; tanta cupiditate ardebat ueteris eloquentia,  
cantauande Reipub. erudiendae iuuentus, illu-  
strandarum artium æstuabat siti, ut modo Valen-  
tiam, modo Erganicam, modo Cæsaraugustam  
adiret; quibus omnibus in locis quā mirabiles fru-  
ctus tulerit, quos in animis hominum Romane elo-  
quentiae amores excitarit; quam studiorū per-  
sequendoram gloria et adolescentibus attule-  
rit, testis est Aragonia, quæ illum uenientem ma-  
terna semper est charitate complexa, incredibili  
amore prosequuta; ut autē ueniret, nulli sumptui  
pepercit; amplissimo stipendio conduxit; omni-  
bus humanitatī, & teneroris benevolētiæ mune-  
ribus inuitauit; ut abire uolentem retineret, quid  
nō ex cogitauit, promisit, præsttit? Testis est Er-  
ganica, seu, ut uocant, Alcañizium, patria, nata=  
leq; solum clarissimi uiri, ubi studiosos adolescen-  
tes, quorum operam, & industriam ad aniles nu-  
gæ, pueriles ineptias, meramq; barbariem per-  
famam imprudētiā, dirigi ferebat ægerrimē,  
ad ueram, & germanam eloquentiam conforma-  
uit; eaq; iecit fundamentalia Latinæ puritatis, ac ele-  
gantiæ, ut qui uel mediocriter eruditus, inclo-  
sum ædificium ad extreum perducere colopho-  
nē posset; ac copiose demetere, quam ille in agro  
bene subacto, ac culto semetem fecerat. Testis Va-  
lentia

lenta ipsa, fœcundiſima ingeniorum altrix, ac  
 parens, unaq; relictæ, post excidium Romæ, ad re-  
 tinendam, conſeruandamq; eloquentiam; quam  
 domo profugam, miserè iuctatam, ſedem, ac do-  
 micilium querentem libenter excepit. Quām,  
 profecto Laurentio Palmyreno, mœſta, tristis, ac  
 fōrdidata, illius præſentiam deſiderabat: quām  
 illius absentia, & deſiderio contabefcebat! Qua  
 in re uestrā licet admirari ſapientiam, atq; Rei-  
 pub. curam, & ſollicitudinem P.I. clarissimi, qui,  
 ut Academiæ deſiderium leniretis, cohibere, ac  
 frenare ſtudioſorum lachrymas, doctorum ſuſpi-  
 ria comprimere poſſetis, ut deniq; eloquentiam  
 eloquentiſimo uiro, magiſtrum diſcipulis, patrē  
 filijs reſtitueritis, quid non feciſtiſ? quos non ha-  
 buiſtiſ honores? que non detuliſtiſ præmia uiro,  
 ad omne genus eloquentiæ nato? Et ille, num uana  
 inflatus opinione, ueſtras contempſit preces; aut  
 ſe diutius orari paſſus eſt? num ſtudioſorum deſi-  
 deria falſa ſpe produxit; aut inani pollicitatione  
 laſtauit? Nū uberiores fructus, aut opimiorē con-  
 ditionē poſtulauit? An non ueſtra uerba, oracula;  
 orationem, ſanctiſimam legem; preces uim ma-  
 ximam putauit? O uirum, ſi Deo ita cordi fuifſet;  
 longiore uita; longiore autem uita ſi mo uero im-  
 mortalitate digniſſimum! O mirificam hominis  
 erga Valentinam Academiam charitatem! O ra-  
 tiſimi exempli uobis parendi deſiderium! Age-  
 bat



## ORATIO IN FVNERE

Bat uir, cum uestro iudicio, tum mortalium omnium consensu clarissimus, sed sua uirtute longe clarius, in sua patria; inter affines, & amicos honorifica. & fructuosa mercede conductus; omnibus charus, nemini inuisus, & quæ amabilis, & quæ uenerandus. At cum suam desiderari opem, requiri industriam, expeti diligentiam, atq; conspe-  
ctum audiisset, relictis rebus omnibus, uix salutata patria, uix, ac ne uix quidem impetrata missione, non sine detrimento, atque iactura rerum charissimarum, se se itineri accinxit, eaq; celeritate, ac studio huc uenire, contendit, ut nec lectissime fœminæ, uxor is sue preces, nec filiorum lacrymæ, nec humana denique omnia detinere, ac remorari hominem possent. Vnde, si unquam alijs, tunc me hercule deprehensem est, nunquam uerius cecinisse Apollinem, quam scripsit Seneca; Inuitum dum retines, exire cogis. Exceptus est, quo plausus qua alacritate? qua omnium uoluptate, atque lætitia? ea nimis, cui par nulla reperiri possit oratio. Tunc enim Valentina Academia quasi renasci, ac uiuere, educi è tenebris, erui è caligine, liberari servitute durissima uidebatur; luctuosissima tempora in lætissima tunc primum conuersa intuebatur; Ideoque cum ad complectendum Palmyrenum procedebat, uenientem ab exilio, redeuntem è solitudine, triumphantem de barbarie, se credens

credens eloquentiam excipere, cantu, & symphonia personabat, illumq; diem honorū initium, calamitatum finem iudicabat ; sibiq; non unius anni gratulationem, sed multorum sēculorū, nec id solum, sed etiam immortalitatem donatam fatebatur. Nec eam ullā ex parte, quām de clarissimo usq; habebat, spes fecellit. Non enim Solis Orientis luce abiguntur tenebræ celerius, nebulaq; desijcitur, quam eius aduentu barbaries fugata est ; restituta pristinæ dignitati, & gloria Academia, exhilarati omnium animi, & summae, atq; naufragium minitantem procellam inexpectata, & exoptata subsequuta trāquillitas. In nunc, & Rhetorum præcepta in huiuscmodi audibus obserua ri solita, diligenter obserua, & uirum rarissimo quodam naturæ dono Hispaniæ natum, & nullis, nisi rarissimis laudibus dignum, communi, usitato, & nimis iam uetustate contrito dicendi generare, commendā. Profectò, si quemadmodum horridi quidam uetustatis amatores uolunt hunc uirum in hac funebri pompa laudarem, perinde faciem, ac si prægrandi capiti exiguum pileum adaptarem. Quām enim putidum esset, illum à patria commendare, qui, se ut alter Socrates, mundum fatebatur, ibiq; suam esse patriā dicebat, ubi locum inueniret sapientiæ, ubi communem iutarem; promouere literas, omnibus uirtutum ornamentiis inuentutem excolere ; Romanæ terminos eloquen-



ORATIO IN FUNERE

eloquentiae, fugata barbarie, longe, lateque; profer-  
re posset; ubi denique satis esset opis ad bene, bea-  
teque; uiuendum. In salsa esset præterea à parætibus  
commendatio, cùm is, non tam quid à maioribus  
suis laudis, ac nobilitatis accepisset, attendere fo-  
lereret, quam, quid ipse met, propria uirtute subni-  
xus, suisque; tantum bonis, non alienis exultas, po-  
steris omnibus admirationis, et gloriæ relicturus  
esset. Quos credis huic uiro fuisse parentes? Quā  
familiam? Parentem habuit, uitæque; authorem,

*marc. t. l. m.*  
*caecilius*  
*marci uere  
nobilitati*  
*N*  
*SIGNAVIT*  
*ERIDIANUS*

Deum Opt. Max. fontem, originem, ac principium  
cuius uitæ, quæ re uera est uita nominada, quæque; ad  
æternam, omnibusque; delitijs circumfluentem, re-  
cto dicit itinere: qui tali paræte, tam sancto, tam  
benefico, tam misericorde gloriari iure potest;  
huc si humanos, terrenos, cito perituros respice-  
re credas, inepte facies. Non ille ita uixit, ut eos  
quasi ueros parentes suspiceret, per quos esset in  
hanc, malis omnibus refertam, lucem editus; sed  
illum, cuius singulari beneficio, in spem beatæ ui-  
tæ ex hac misera euocandus esset, et cùm cœles-  
tium animorum cœtu coniungendus. Hæc est ue-  
ra nobilitas, quæ non è fumosis imaginibus, non è  
uaniſsimis titulis, non ex alienis monumentis pe-  
titur, sed, proprijs nixa uiribus, suo splendore de-  
cora, sua nobilitate generosa, sua stirpe clara, sta-  
tuas, imagines, insignia, colunas marmoreas, tro-  
phæa, monumenta contemnit, ut quæ uel una no-  
long.

longi tēporis iniuria, euaneſcāt penitus, uel blattis, tineisq; corroſa, uel carie exēſa, uel ab ipſa uetustate conſumpta, ad ſuum nihilum redigātur. En rariſimi uiri patriam: en gentes: en actiones: en decoran nobilitatis, inſignia familiæ; ijs ſibi ad immortalitatem aditum aperuit; uiām ad cœlum patefecit: & (licet enim bene prece mūr uiro de re literaria optime merito, & quod uehementer cu= pimus ſperemus) inter cælites nūc bonis omnibus magnificenſiſimè circumfluens uerſatur, diuinō= que nectare, & ambroſia alitur, ſaturatur, g!:= ſcit. Salue igitur, ô fælix anime, periculis maxi= mis, laboribus, moleſtijs, & honoribus perfuncte: uixisti laudabiliter, ut glorioſe moreris: in resti= tuenda pristinæ dignitati eloquentia, in reuocan= da ueteri disciplina, in erigēda humi depreſſa Aca= demia, in instituenda, & ad uirtutem conforman= da iuuentute uehementiſiſimè laborasti; ut nunc in cœleſtium animorum concilio ea præmia cape= res, que nec auris audiuit; nec oculus, quantum= uis acerrimus intueri; nec mens humana, aut cogi= tatio capere potest. Grauiſſimè tibi fuerunt, eæ= demq; periculofiſſimæ cum barbaria contentio= nes: ſuperasti inuidorum hominum, ob eximiam in Hispania Latinæ, & Græcae linguae, reliquarūq; artium cognitionis opinionem latè conceptam, dolos, maledicendi libidinem, ac effrenatam cu= piditatem; ut mox ea, que legitime certanti coro=

## ORATIO IN FUNERE

na debetur, Dijs, hominibusq; fuentibus ornare=ris. Multa acerba, multa misera pertulisti: uidisti interitum, cuius uiri? Semper iij nimirum, quem usum intuebatur Academia Valentina, cuius aspe=ctu recreabatur, cuius industria, & diligentia flo=rebant; quem tu unicè diligebas; qui te deniq; in lo=co fratri germani colebat. Vidisti luctuosissimum obitum uxoris tuae, lectissimæ fœminæ, cùque per=pessus es, quæ luctuosissima iudicantur, habentur, acerbissima; ut mortali exutus corpore, quos mortuos requirebas, quorum contabesceras de=siderio, quorumq; absentiam ferre uix poteras; eorum in cœlo præsentia, atque congressu oculos pasceres, nunquam intermoritura uoluptate per=fussus. Contempsisti diuitias; spreuisti uoluptates, non angusta, & abiectamente, qua igitur? elata guidem in cœlum, aspirante ad immensas, æter=nasq; opes, anhelante ad ueram, solidam, germanamq; beatitudinem. que in Dei fruitione const=tit. Hac eūtem uia nec rerum humanarum curæ, nec literas publicè profitendi grauißima onera, nec numerosus filiorum grex, nec angusta domi=res impedire, aut retardare potuerunt, quim in ter=ris adhuc manens, in cœlum mente conscenderet; terrenis membrorum uinculis detenus à corpo=ris obsequio, indulgentiāque discederet, sese cum ipsis cœlitibus immisceret, & quod multò est ad=mirabilius, res humanas, atque diuinas, ut illius multa


multa iam edita monumenta testantur, mira fœlicitate tractaret. Tandem, certus undecūque esse ad superos uiam, parum referre, utrum quis in patria inter suos, an in externo solo; inter ignotos, an intra domesticos parietes; in suorum complexu, an aliena in domo naturæ satisfaceret; amplissimo, et solemnni funere, an per exiguo, et ignobili efferatur, putauit. Hæc omnia dum animus considerat meus, mœrorem omnem excutit, —  
 Et, cum bene actum esse cum honestissimo viro iudicat, lachrymas suspiria, atque singultus frustra emitte existimat: nisi iam quis non tam Palmyrenæ felicitate letandum, quam nostro daleendum in commodo, ad suam tantum rem attentus, puteat. Naturæ, glorie, et sempiternæ famæ satis diu uixit, aut fortasse plus satis, Academie quidem satis, quod illi ex eius ludo, uelut ex equo Troiano prodierint, qui omni liberali instituti doctrina, illiusque uestigijs insistentes, infictū Academiæ uulnus, opportune adhibitò remedio, factaque salutari medicina, sanare queat. Regina Dido, ut Poëtarū maximus, idēque optimus Virgilius tradidit, deserta misere, decepta perfidiose, crudeli peritura funere unum ad tanti doloris alleuamentū, mœroris soldiū, orbitatis remediū, solitudinis, miseriæque obliuionē paruulū optabat Aeneā, qui patrē referret ore, babitu, incessu, et uenustate, qua miserrimæ reginæ tantopere placuerat is, qui humanæ crudeli

## ORATIO IN FVNERE

tatis modū excesserat uir alioqui ob mirificā pie-  
tatem æquatus cælo, illatus syderibus. Academia  
Valentina quamvis se miserabili oppressam rui-  
na, mortuo Palmyreno, uidet; recreatur tamen, et  
non admodum iniquè secum actum arbitratur,  
cùm oculos conuertit ad eruditissimos, honestissi-  
mosq; uiros, qui ex Laurentij Palmyreni ludo, ue-  
lut ex Isocratis schola prodierunt, ingento per-  
acuti, industria præstantes, excellentes bonitate,  
Romæ alumni eloquentiæ, Atlantes Gymnasij,  
in quorum industria, nauitate, cura, opera, et stu-  
dio fœlicissimè conquiscens, contemnit tuta pro-  
cellas. Quare, agite, eruditissimi uiri, qui tutores  
relicti estis orbæ eloquentiæ; quos unos habet con-  
seruatores dignitatis, uindices gloriæ, in hanc u-  
nam curam incumbite, ut, quæ Palmyreni imma-  
tura nobis morte ornamenta sunt detracta, per  
uos, ad amplissima queq; natos, quosq; maxima  
rectè factorum præmia manent, recuperetur; quæ  
elapsa fluxerunt, seueris legibus uinciantur. Sic  
enim fiet, ut minus optimi interitus uiri fentia-  
tur; absentia æquius toleretur, desiderium patien-  
tius feratur. Habetis latissimos, et amplissimos cā-  
pos, in quibus uestra uirtus late excurrat, et li-  
berè uagetur. Oblata uobis est diuinitus occasio os-  
tentandi uestram singularem, eximiāmq; uirtu-  
tē, bene de humano genere merendi, excitandi in-  
termortuas literas, erigendi pene iacentem Acadē-  
miam;

miā; quae sunt uestra existimatione, & auctoritate  
curae dignissimæ. Quod si uestra bortatoribus ala-  
critas, bonitas exemplis, cupiditas ueræ, & solide  
gloriae cuiusquam uocibus indigeret, adhiberem  
ego faces orationis non tam libenter, quam ne-  
cessariò; orarem uos per huius Academiæ condi-  
tores; obtestarer per eloquentissimi uiri manes;  
precarer per Deum immortale, qui uos tantis re-  
bus præesse uoluit, ut in hac una tantum re men-  
tem, cogitationes, operam, & laborem defigere,  
ac collocare uelitis. Sed ne uidear perinde facere,  
ac si equo, satis sua sponte currēti, stimulum admo-  
uerem, quod semper est habitum impudentis, illud  
à perenni, & eternoq; bonorum omnium fonte tan-  
tum postulo, postulaboq; dum uiuam, ut illum in  
suam sedem, ac domicilium recipiat, & in sempi-  
terna luce cōstituat; uobis uero parem uestræ uir-  
tuti, ac meritis uitæ usuram largiatur. Quod  
non modo ut optem, sed etiam ut sperem, fa-  
cit, qui cœlum terris summo amore con-  
iunxit, quiq; uiuit Deus in sempi-  
terna sæcula sæculorū.

Dixi.



ORATIO IN FVNERE  
ORATIO FVNEBRIS,  
qua immaturam mortem Mi-  
chaëlis Ioannis Luuielæ Doctoris  
Theologi Petrus Trujol ex Gymnasijs  
minoribus deplorat, anno ætatis  
suæ vigesimo quarto, ab  
orbe verò redem  
pto. 1580.  
(?)



VIESCEBAT Academia Va-  
lentina toto orbe celeberrima au-  
reum sortita sæculum, Audito-  
res & sanguinis splendore, & li-  
terarum laude florentes, in sum-  
ma quadam, & inaudita uoluptate uersabatur, ita  
ut nulla pulchrior species, nulla gravior, nulla  
prorsus incundior excogitari posset. Post longas  
procellas, post tempestates immēsas, post seuisi-  
mos uētorum turbines summam tranquillitatem,  
& omnibus expetitam quietem assequuta erat;  
qua reficiebantur, ac recreabantur, si qui erant  
afflitti; nullus tristitia locus, nullus dolori, & lu-  
ctui uidebatur relictus. Professa hilaritate, & gau-  
dio in audito complebant eam Theologi, Philo-  
phi, Medici, & Oratores, Gaudebat, seriōq. triū-  
phabat

phabat Michæle Ioanne Luuiela, in cuius adspicatu, et colloquio acquiescebat, cum quo cogitationes, ac consilia sua communicabat, in quo maximum posteritatis sue præsidium colloocabat. Sed nescio quenam Erynnis irritata Tygride saeuior, efferato Lupo truculentior, fœta Læena rabidior. sibi exusto Dracone uirosior lætitiam omnem, in insolitam tristitiā, uoluptatem in summum mœrorem commutauit. O miseram rerum humanarū imbecillitatem, in qua sunt omnis tam ad omnes mutationes proclivia, ut facile intelligat quiuis, nihil esse ipsis incertius; nihil quod tamen facile dilabatur, fluat, extinguitur. Quæ solida, ac firmis nixa radicibus putantur, repente concidunt, nullo in loco, nullaq; in persona consistunt. Merito luctuosam, et afflictam, merito vexatam, et laceratam, merito exinanitam, et infœlicem Academiam Valentinam possimus appellare; siquidem quo tempore post multi as clades respirare inciperet, grauis et atrox plaga est misere, ac miserandæ stupentibus cunctis, infista.

Exultabat Michæle Ioanne Luuiela, cui preter honestum nihil erat in bonis, in quem intuens omnium, quis exceperat, acerbatum memoriam deponebat, sed illum ei magna fortunæ acerbitate hora fatalis eripuit. Qaonam igitur modo infortunium hoc interpretari possumus; nisi dicamus, nos tanquam indignos spoliatos esse, atq;

## ORATIO IN FUNERE

orbatos tanti Theologi doctrina, auxilio, & consilijs. Etenim nobis aduersa fata bona nostra adeo inuident, ut in eos, qui praeclaris dotibus, ac diuinis propemodum uirtutibus excellunt, de industria irrumptant; in eosque omnem uim saeuissime exerceant, nobis ornamento futuros existimant: quasi uero ex nostris accessionibus aliquid iacturæ eorum uirtuti, & potentiae accederet. Versatur mihi ob oculos publicus ciuitatis moeror, grauis amodum Scholæ iactura tam profligatis, afflictis, & perditis temporibus, & in tanta bonorum, sapientumque uirorum penuria, quantam nemo nostrum est, qui non agnoscat, & sentiat. Credebam sanè oblatam esse occasionem, qua ipse exultanti oratione, & debito panegyrico rectorem meritisimum uenientē exciperem; sed proh dolor, acerbo fato laudes omnes, gratulationes, & encomia in orationem funebrem conuertuntur. O si nobis bodie Periclis prestantissimi oratoris fulgura, & tonitrua ab historicis celebrata, adessent, quibus possemus exprimere incommodum, quo Academia Valentina fuit afflita ob eius uiri interitum, qui noctem referre uidetur, qua stellæ perspicuae densissimis nubibus absconduntur, aut diem aureis solis radiis destitutum: parietes ad lachrymas huius morte excitantur, ita omnia retro lapsa feruntur, ut iam literarum studia in peius semper ruerentur. Nam tantus animos nostros inuasit dolor;

dolor; tam graui uulnere percussi sumus inexpe-  
ctata nostri magistri morte, ut uitam nostram a=cerbam putantes in perpetuo luctu, mærore, & languore iaceamus. Vos oro, atq; obsecro, ut me attentione, qua soletis amplecti cæteros, auscultetis: confirmabo enim non solum uera esse, quæ di-  
xi, sed etiam in ferinam naturam degenerare, atq;  
caute Marpesia duriores esse illos, qui tam acerbam cladem siccis oculis contemplantur. **Quis**  
quæso, adeo hebes, aut stupidus erit, qui recorda-  
tus tanti uiri pueritiæ, percurrēs adolescentiam,  
cognoscens ætatem uirilem, & tandem scrutatus  
eius actiones, non fateatur, huius animum prædi-  
tum fuisse uirtutum omnium genere? Non dubito,  
quim alios insigni laude florentes filios pepererit  
Valentia ciuitas, illustrium uirorum parens; sed  
inter tot, ac tantos uix quidem unum, aut alterum  
produxit, qui cum Luuiela conferēdus ulla ex par-  
te uideretur. Apparet naturam admodum studio-  
se collegisse quæcunq; in alijs splendida erant, &  
ad Luuielam ornandū deriuasse. Nihil enim à mor-  
talibus expetitum, aut exquisitum uidebis, nulla bo-  
na animi, nullæ corporis dotes, nulla ornamenta  
uirtutis, quæ non in mente huius uiri habitarent.  
**A**b adolescentia ad illius scientiæ studium se ad-  
iunxit, unde nascitur, atq; alitur moderatio uite,  
unde recta uiuendi ratio, atq; omnis ordo manat.  
Iam ætate prouectus cum difficilem esse in cœlum

## ORATIO IN FUNERE

quiā iudicasset, initiatus sacris impulsu spiritus san-  
cti iter illud arripuit, quod sibi ad illā superiorē, ac  
cœlestē tēdēti tutius, atq; expeditius intelligebat.  
Quātus ei uitæ cursus fuit, in uirtute totus fuit. Co-  
luit cūm alias artes, tū Philosophiā, sed sacrofan-  
cta Theologiā amauit amore quodam ardentiſſi-  
mo; eiusq; studiū à iuuentute cōplexus, nunquā, ne  
in extremo quidē uitæ actu dimisit. Percōtantiu-  
erò, cur tā improbo labore, & pertinaci industria  
illius studiū prosequeretur, respondit; sacroſanctæ  
Theologiæ amore magis, magisq; capior in dies  
ſingulos. Nec defuit fideliſſimus quidā amicus, qui  
cū in eo admirabile ingenij acutē de prebēdisset, il-  
lū ad ius Pontificium ediscendū excitaret; sed pru-  
dentissimus uir ad amici uoces tanquā Aethiopes  
ad prolabētis Nili ſtrepitū aures suas obturabat.  
Etenim non mouebatur inani gloriola, quæ homi-  
nes inflando, & humanæ auræ mancipio dedendo  
eorū mētes p̄cipites agere cōſueuit: nec duceba-  
tur dignitatū honore; quandoquidē Orcelenses no-  
bilissimū dignitatē gradū ei detulerunt; qui honor  
talis est, ut, cū ab Episcopo diſcesseris, neminē illi  
anteponas. Cæterūm confessus graue onus, & p̄fis-  
ſum opus imbecilli humero impositū iri, solita, &  
ant: qua humilitate, quod Rex Philippus deferens  
bat, recusauit. Theologus insignis, & Orator Eu-  
gelicus adeò nobilis fuit, ut nulla fere sit Valentiæ  
Ecclesia, in qua ſūmo Dei honore, & huius urbis  
existimatione non fit concionatus: ita apud om̄a

nes bene audiens, et magnetis instar omniū uoluntates, atque animos concilians, ut merito iureq; optimo id ipsum usurpare possumus, quod Poēta Mercurio tribuebant;

„ Superis Deorum gratus, et imls. Quādoquidē optimates sūmo amore ipsum prosequebātur, plebeij oēs magno studio uenerabātur: illum Theologī, illū Philosophi, illū Medici, illū Oratores, illū priuati, sui, alieni amabāt, colebāt, obseruabāt. Erat enim tātus audiēdi illius cōciones ardor, ut tēpla ipsa stipata, ac plena audientiū essent, adeo ut se se mutuapropemodū, nimiaq; cōpressione eneca rēt. Mirū nāq; erat, quantū eruditionis ex una illius cōcione caperēt Theologi, ac omnes literatū viri: quantū solatij, qui afflito erāt animo, quantū terroris homines improbi, ne ampli⁹ auderēt suis sceleribus maiestatē diuinā offendere: quantū utilitatis, et doctrinæ ad pie, sancte q; uiuendū; quantū deniq; iucūditatis uniuersit. Tāle se in uita præbebat, qualem in cōcione edocebat, neq; faciebat, ut mali cōcionatores, qui cū alios per pulchrē ad fortiter, beneq; uiuendū bortentur, ipst⁹ molissimē uiuit. Quotidie sacrā synaxim celebrabat, nisi aliquo iusto impedimēto occupatus, aut morbo uexatus esset, semper sacerdoti cōfessari cōmori⁹bus, et uita illustri peccata sua confitens ut sincerius ad altare Dei accederet, et tam mirabile, stupendū inque sacramentum uerbis conficeret, ut ei animo

## ORATIO INFUNERIA

animo consentiret, cui corpore adhærere desiderabat. Nec ignorabat sacerdotem oportere esse castum mēte, & corpore; præ omnibus piū; humilitate multa summissum, patientia firmum; puritate mundum; sanctitate perfectum; omnium denique uirtutum concursu præter cæteros insignē. In uictu adeò fuit continens, ut uno fere cibo in die contentus uiueret; factorum, & dictorum consensus mirus, pudica domus, probitati, & sapientiae tota patens, sordibus, & turpitudini penitus obstructa, in qua neque lauitiam, neque elegantiam desiderares; ita ut non domicilium hominis cuiuspiam, sed diuini alicuius viri uiseretur. Tam integræ castitas, ut uno ore constanter omnes affirmare audeant. ipsum eam incorruptam, in uiolataq; perpetuò conseruasse, uita nulla labecula aspersa, ea sanctitas, atq; integritas, quæ uigebit memoria sculorum omnium, quam posteritas alet, æternitas semper intuebitur. Post uespertinum officium cum reliqui sacerdotes rerum iucundissimarum aspectu, atq; usu animum reficerent, per suburbia ambulantes, aut uarijs sermonibus tempus ducent, prope aliquos decursus aquarum, aut spatiis in campis, quando densissimis diffusæ ramis arbores locum ab arbitris remotum, ac liberum opq; cant; hic sapientissimus vir aliquē adiutorem quebat, ut ambo officium matutinum alternatim recitarent, ut suo loco, & tempore muneri suo satisfac-

tksfaceret. Comes erat semper liber, quo preces  
 horariis recitabat, nunquam ex eius ore uerbum  
 unum prodij, quod non ad Dei laudem, aut co-  
 rum qui aderāt emendationem, & utilitatem per-  
 timeret. Dicere solebat, crebrisq; sermonibus usur-  
 pabat, uos Christum crucifixum prædicate; nec fa-  
 ciatis, ut permulti, qui seipsoſ prædicant. O uox  
 aureis literis, aut siquid aliud est pretiosius, descri-  
 benda! Intelligebat enim prudentissimus uir, alie-  
 num esse à religionis Christianæ amatoribus ſe-  
 lipſoſ prædicare, ſed omnia referēda eſſe ad Chri-  
 ſtum dominum, qui uerē languores nostros tulit,  
 & dolores nostros ipſe portauit. Excoluerat e-  
 nim ſe pertinaci labore cunctis his artibus, & di-  
 ſciplinis, que homines uera uirtutis gloria per-  
 beatos, ac dijs ſimiles efficere conſueuerunt. Quo  
 factum eſt, ut tanta apud omnes gratia ualeret, ut  
 non uulgarem existimationem apud ſapienſes, id  
 quod eorum testimonio conſimatur, obtineret:  
 creueratq; ei tanto affenſu auctoritas, perpetuo  
 omnis generis hominum, ſexusq;, & etatis studio  
 collecta, ut nihil priuatis in domibus, nihil in re-  
 bus publicis, nihil apud ſeuerrimos ſacrosanctæ  
 fidei censores ſine illius conſilio recte geri poſſe  
 uideretur. Admirabantur illius in conſilio dando  
 fidem, & in ſententiā dicenda prudentiam, ſapien-  
 tiamq; ſingularem. Quis Eccleſia Romanae ſtatū  
 florentiſſimum, ac beatissimum uoluit? Luviela.

## ORATIO IN FUNERE

Quis religionem Christianam tetris opinionū pe-  
stibus affectam prope sanauit? Luuiela. Quis ra-  
tione, consilio, prudentia, sapientia, dissensionibus  
de religione modum, finemq; constituit? Luuiela.  
Quis in hæresiarchas atra errorū caligine occa-  
tos, & Catholicā religionē aliqua ex parte labefac-  
tare conātes, ex literarū sacrarū præscripto acer-  
rimo animo pugnauit? Luuiela. Nullus siquidē, ma-  
iore erga Deū pietate præedit⁹ fuit, nullus ab omni  
earū rerū quas uulgò homines admirātur, cupidi-  
tate remotior extitit, nullus deniq; in omnib⁹ Chri-  
stianæ charitatis officijs diligētior apparuit. Nec  
est quod cōmemorē nūc in diuos ipsos religionē,  
& pietatē, neq; in egenos, & pauperes liberalita-  
tē, & misericordiā, quibus operibus, & actionib⁹  
sibi iter in cœlū strauit, & ad superos, ut confidi-  
mus, aditū patefecit, & præmuniuit. Multos mi-  
sellos pauperes, & nubiles pueras omni humana  
ope destitutas ex calamitate ad certā substīdijs spem  
subleuauit, & eas ab imminenti periculo uirginita-  
tis polluēdæ submouit; afflictos erexit, perditos re-  
creauit; neminē dimittebat, quē nō aut uerbis, aut  
re, aut cōsilio, aut ope iuuaret. O clemētiā singula-  
rē! ô uirum immortalitate dignissimū! Quod auxi-  
liū, quā aram, quem portū nunc habebunt miseris?  
Quō maximis iactatitempestatibus configuent?  
Quē sibi nūc in summa calamitate patronum, aut  
deprecatorem parabunt? Quæ enim tanta inge-  
nij uis,

nij uis, quis memoria tam diues thesaurus, quæ tam  
ta unquam fuit eloquentia, quæ tot, tantarūq; re-  
rum mole, uirtutumq; maximarum copia, ac uarie-  
tate non facile obrui posse? Dies me deficeret, si  
huius uiri uirtutes, & p̄eclaras animi dotes non  
modo persequi, & cōmemorare dicēdo, aut distin-  
guere partiendo, sed etiam recordari cogitando,  
aut notare conarer obseruando. Triginta tres an-  
nos in hac celeberrima Academia iuuentutē Va-  
lentinam instituit; anno uero etatis suae uigesimo  
sexto Logicā, & Philosophiam publicē interpre-  
tatus est, tanta curiositate, ut nemo Aristotēlem  
scrutatus sit diligētius; nemo expresserit proprius;  
nemo melius intellexerit. Etenim nullus Philo-  
sophiae locus occurrebat, quē non fœlicissimē tracta-  
ret, nihil tam reconditum, & abstrusum apud Phi-  
losophos, quod ei notissimū nō esset, in mediumq;  
proferret, tāquā sī in hoc solo genere literarū nō  
unam etatem. sed multas summo cum studio, & la-  
bore consumpsisset. Decurso iā Logicæ, & Philo-  
sophiae curriculo, reliquos triginta annos sacrosa  
etā Theologiā amplissima mercede, & magna au-  
ditorū frequentia publicē docuit; ubi summa erudi-  
tione, & subtilitate legem Dei interpretabatur;  
difficillimos quoque locos facillimē explanabat;  
que pugnare videbantur, aptissimē conciliabat;  
spiritum diuinum ibi latenter ostendebat; p̄ace-  
pta Dei quemadmodum ad usum Christianæ uitæ

## ORATIO IN FVNERE

traducere oporteret, demonstrabat. Quo orationis genere explicare potero noctes insomnes, quas duxit, & labores exantlatos, ut ad D. Thomae intelligentiam perueniret. Quantū alij à somno quietis capere consueuerunt, tantum hic à diuinis illis lectionibus iucunditatis, ac fructus percipiebat. Quanta autem felicitate ingenij obscuros sensus tanti doctoris, & aut breuitate uerborū, aut huiuscmodi aliqua caligine inuolutos explicare potuerit, eademq; dilucide, ac copiose tractare, nihil attinet dicere, cùm omnes fere uidentur, quanta facilitate, & curiositate inenodabilia, ac pene inuoluta argumenta, quæ se se in praelectionibus offerebant, dissolueret. Flagrantissima cupiditas Theologorum studia modis omnibus adiuuandi omnem laborem non modo facilē, ac tolerabilem; uerū etiam dulcem, iucundumq; reddebat: quæ uero alijs deterrebat, & exanimabat difficultas, ea ipsum exacuebat, & stimulabat; qui alijs frangebat, ac debilitabat labor, eum confirmabat, & reficiebat, dummodo ad studio forum utilitatē omnes illius conatus, omnes uigilie, omnia studia referrentur. Non illum uis hyemis, non imbræ, non cuiusquam sermones, non morbus interdum ingrauescens à proposito cursu, & à ueri præceptoris officio retardauit; nec futilem rerū cupiditas illa reuocauit; quin potius quicquid in genio, quicquid studio, quicquid gloriosis laboribus con-

bus consequi poterat, id totum in discipulorum utilitatem, & commodum grauiſſimo animo effundebat; ueluti frugalissima apes per amoena omniū tum ueterum, tum recentiorum scriptorum prata peruolitans ex unoquoque quod eſſet optimum, ad tā egregium opus, & ad suā ſpartā, quod aiūt, exornandā, decerpſit; Cūm uero aliquidotij, ac laxamēti nanciscebantur, ita in operibus Auguſtini, Hieronymi, Ambrosij, Gregorij, Cypriani, Bernardi, & aliorum Doctorum, & Philosophorum præſtantia uersabatur, ut non inie leuia quædā, & plane inſtrugifera ſeligeret, ſed tātūm honesta quædam, & grauia decerpnda existimauit, qui- bus regma ſua Theologia nō dedecoraretur ſolū, ſed tanquam floſculis elegatiſſimiſ honestaretur. Hac præſtāti bonorum omnium copia quam breui auctus, & locupletatus fuerit, diſertae ipſius diſputationes, quas cum reliquis Doctoribus de rebus catholicæ religionis quotidie habebat, in dicio eſſe poſſunt. Quantum uero in Theologię ſtudijs pro fecerit, non minus intelligere fas erit ei, qui in uniuersam ipſius uitam, & ſingularem, ac pene diuinam agendi rationem oculos coniecerit. Neq; enim ulla ſuprema ſiderum lumina, atque altiſſimi ſtellarum ignes dum nocturnis curſibus per cœlum ſpatiantur, maniſtius ſplendorem ſuum à ſolis absentis lumine acceptum referunt, atq; innuincere & iſtius uirtutes, dum claro lumine oculis no-

## ORATIO IN FUNERE

Stris se intuendas certatim effundunt, claritatem, & lucem omnem ab una hac Theologia desum-  
 psisse fatentur. Nullum deniq; amantissimi, fidelis-  
 simi, liberalissimi, uel præceptoris, uel socij officiū  
 relinquebat; omnem interpretandi diligentiam  
 præstabat, multæ noctes ab ipso uigilatæ sunt, ut  
 ex illius quotidianis prælectionibus, diurna exer-  
 citatione studio si omnes multos, magnosq; fructus  
 perciperent. Quo factū est, ut omnes ipsum intuē-  
 tes (cūm tamen iam magnam spem magnarū sua-  
 rum uirtutum commouisset, sēpeq; specimen cer-  
 tissimum maximi ingenij, raræ eruditionis, præ-  
 claræq; indolis dedisset) quendam ex annalium  
 memoria, & hominem diuinum, atque ē cælo de-  
 lapsum esse existimarent; ita ut Deo immortales  
 gratias ageret, qui uirū omnibus uirtutibus cumu-  
 latum, sanctissimis moribus excultum, uera pietate,  
 ac religione munitū, quasi lumen in tenebris cō-  
 parasset. Cæterū in opimata uis fati humana uir-  
 tute potentior Academiam Valentianam omnibus  
 de florenti repente, sēuoq; turbime inuoluit,  
 hunc tantū uirum nobis eripiēs. Quis erit tā du-  
 rus, ac ferreus, qui tam acerbam cladē contempla-  
 tus, non doleat, non lugeat, non mœrore conficia-  
 tur? Quæ sunt ex silice excisa præcordia, & Hyr-  
 canarum tygium, quæ possint sine lachrymis tā-  
 ti Theologi mortē audire? Mortuū fuisse Lauren-  
 tiū Palmyrenum in ipso, ut aiunt, senectutis limi-  
 neton

ne tolerabilius erat; quandoquidem suis moribus,  
uita, & doctrina non solum Valentianam, sed ferè uni  
uersam Europam compleuerat: siquid uero præ-  
propera illius morte imperfectum, atq; inchoatū  
relinquebatur, spes erat maxima, aliquem illius di-  
scipulum extremam manum illis omnibus iam in-  
ceptis additurum. At nos miseri quando assequem-  
ur, quod Michaël Ioānes Luuiela uidebatur pol-  
liceri? quonam, quæso, successoris adspictu oculos  
nostros poterimus recreare, cū appareat nullus,  
exspectetur nemo? Meritò igitur lachrymas emit-  
timus, quod nulla sit spes recipiendi talem, quam  
amissimus Doctorem. Quo tempore Israelitæ acer-  
bo Saulis Imperio uexabatur, missus est à Deo Sa-  
muel Sacerdos, qui puerum Dauidem sacro oleo  
futurum Regem designaret. Erat autem non me-  
diocre solatum in medijs ærumnis, uidere cre-  
scētem puerum, quem totius regni instauratorem  
exspectabant; at nos omni consolationis genere  
destituti ad Deum Opti. Maxi. oculos conuertamus,  
necesse est; quandoquidem ille solus potest  
tantæ calamitati, tantis miserijs subuenire. Non  
negamus Luuielam florem fuisse, sed ligustrum  
exprimentem; agnoscimus lumen, sed fulguris co-  
ruscantis sydus, sed tamen ex eorum genere, que  
subito absconduntur. O insignem rerum humana-  
rum infelicitatem, quam ingenti bono fraudamur  
miseri! Amissimus enim perfectissimum probita-

## ORATIO IN FUNERE

tis, sanctimoniae, integritatis, & religionis exemplar; exaruit omnis flos Theologorum; Perijt decus, ac splendor Academiae Valentinae, quam ille mirifice ornabat, ac plurimis, maximisque uirtutibus suis illustrabat. Tot annorum uirtutes, tot fœcundissimi animi lumina dies unus, una hora, momentum unum, abstulit. Dolendum, dolendum quidem est, quod totius Valentiae urbis clarissimum lumen extinctum sit; quod tanta uirtus ex oculis nostris abierit; quod sapientissimo viro, communiparente, optimo Theologo orbati simus. Sed iam non est extictus is, qui mortem in immortalitate commutauit. Illum ergo merito, iureque optimo ante diē raptum dicemus, qui nusquam bonis moribus, nusquam fiduis, pijsque precibus Deo optime. Max. charus fuit: illum etiam, qui casu aliquo, aut morbo ex utero matris rapitur ad tumulum: at, qui sacra lustratus a qua est uiuis discedit, non potest repentina morte, aut immatura sublatuſ appellari. Erit autem hoc tam utile, ut sola huius rei contemplatione, quando ipsum lachrymis ad uitam reuocare non licet, dolorem nostrum leuire, lachrymas compescere, mœrorem ex ipsius morte conceptum sedare. ualeamus. Nec est quod de morte conqueramur: haec enim æqua uititur in omnes truculætia; nullam habet rationem ætatis, aut sexus; nec mouetur pulchritudine; nec flectitur obsequio; tandem illa est, de qua dixit Poëta: sceptræ

Ligonibus æquans. Siquidem non pepercit Abra**b**æ fidelissimo, non Moysi, quem summo per è dilexit Deus, non Dauidi, de quo dixit: Inueni uirum secundùm cor meum; non Ioanni Baptistæ, de quo extat celebre Dñini testimonium: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: Non Virgini Dei genitrici, non è discipulis illi, quem Christus unicè diligebat. Vnde merito à Græcis appellatur μόρος ὥσπερ τὸ μῆρον. quod omnibus ex æquo distributa sit. Non est igitur, quod doleamus, Michaëlem Luuielam è uiuis discessisse, quād doguidem post sacrum Baptisma ad annum quinqueagesimum octauum perueniens,


„ Placida compostus pace quieuit.

Qui quidem diuinam illam, ac perfectissimam uitam diu fuerat meditatus, illiusq; suavitatem gustarat, eo gaudio ex hac euolauit, ut qui è teterimo aliquo, obscuroq; carcere in libertatem, et in lucem emittuntur. Mortem autem, ab ipso morbi principio adeo non exhorruit, ut de ea sine ulla prorsus aut uultus, aut animi perturbatione loqueretur: planeq; ostenderet D. Hieronymi sententiam uerissimam esse; facile contemnit omnia, qui semper se moriturum cogitat. Tandem sacrosanctam Eucharistiam, et reliqua sacramenta, summa animi alacritate, quibus orthodoxi, et religionis Christianæ amatores morituri præmuni-  
ri, et Deo conciliari solent, omnia et potius:

## ORATIO IN FUNERE

Et magna cum animi demissione, ac diuinæ Majestatis ueneratione suscepit. Cæterum persuadet fortasse aliquis sibi, illum mœrore affectum discessisse, quod hic familiares suos, quorum domestica consuetudine utebatur, relinququeret. Non desunt testes oculati, et auriti, qui ipsum per constantibus, num ægrefueret, quod fideles amicos deserturus esset, respondentem audiuerunt: minime gentium; quoniam, ut spero, continuo me eadem uia consequentur. Discessit è uita sancte, pieq; atque ea constantia mentis, et alacritate, que ab eo, qui ita, ut ille, uixisset, ac uera religione imbuitus esset, solo poterat expectari. Ille autem, ut cōfidimus, corporeis uinculis exutus, ac liber, in illas sedes, in quibus puros à scelerum contagione animos post obitum uersari accepimus, euolauit, ubi promissam pijs omnibus possidet hæreditatē, quam nec auris audiuit, neque oculus uidit, nec in cor bominis ascendit, quam præparauit Deus diligentibus se. Diuino profecto fruitur adspectu, et in æterno illo rerum omnium lucidissimo speculo omnia quæcunque sunt, fuerunt, futura sunt, numquam connuentibus oculis intuetur. Regnum itaque terrestre immortalitate mutauit. Dormit, dormit nunc, et pulchrior nouissimis diebus exsurget. Interim precabimur Deum Opti. Max. ut ita uitam nostram componat, gressus nostros ut possimus facile, absoluto uite curriculo, ean

lo, eandem felicitatem, eadem bona, eosdem fru-  
ctus, quibus ille nunc in cœlesti illa regione cir-  
cumfluit, comparare. Dixi.



VINCENTII BLASII  
Garciax Valentini in commendationem Petri Trujol, qui Michaelem Lu-  
uielam funebri oratione lau-  
dauerat, Eclo-  
gium,



N S I G N E uitiorum dedecus, &  
turpitudo, dissolute, perditæq; ui-  
tae deformitas sepe facit, Patres lu-  
rati clariſſimi, Rector humaniſſi-  
me, uiri nobiliſſimi, ut homines sce-  
leris conscientia perturbati, lucem fugiant, no-  
turnisque tenebris delectentur, ut ijs occultati,  
ad omnia flagitia industriam exacuant, & in  
omnium scelerum, atque libidinum collunie  
impudentius uoluntentur. At Agesilaus Rex  
etatis sue clariſſimus, idemque modestissi-

ab alijs spectari, notari digitis, in luce populi, oculisq; gentium habitare uolebat, ut qui sic uiueret, nihil ut turpiter ageret; sic cogitaret, nihil ut in eius moribus elatum, aut insolens, nihil inconsideratum, aut turbulentum uel oculatissimus deprehenderet; sic deniq; loqueretur, ut ex eius ore nihil efflueret, quod quemquā uel malevolentissimū posset offendere. Vnde mirabar euidem, & cūm Petri Trujol p̄eclaros ad uirtutes, ac optimas disciplinas impetus agnoscerem, dolebam uehemēter honestissimum adolescentem, & in literarum studijs magna cum laude uersatum, in domesticā umbra consenescere, malleq; à posteris ignorari, quam industriam suam, nobilesq; progressus in solem, ut aiunt, ac puluerem felici, generosoq; auſsu uocare. Sic namq; ratiocinabar mecum: impuri homines, ac scelerati latebras circunspiciant; ab aliorum sese oculis subducant; & ceterorum uitata consuetudine, uasta, & latè silentia loca frequētent: At Petrus Trujol, liberalibus excultus disciplinis, & uirtutis studio haud mediocriter incensus, quid est, cur, diuturno silentio usus, Pythagoræum discipulum agat, nobisq; ingenij sui immortales fructus inuideat. Prodeat, prodeat iam tandem in publicum: ostendat Academiæ, & literatis omnibus lumen ingenij, doctrinæ, atq; uirtutis: nullam, quantumuis acrem censuram, recte factōrum conscientia, que una est, & germana fœlici-

eas, subnixus reformidet. Passus nō est humanis=  
 simus adolescens, nos diutius p̄aeclari alicuius fa=  
 cinoris, aut conatus, qui nostris uotis satisface=  
 ret, expectatione torqueri, ne quis inde occasio=  
 ne maligne captata, configeret, eum ita uiuere, ut  
 xisseq; ut frustra natus uideri debeat. Testatum  
 ergo relīquit hōdierñ die, se auram popularē,  
 lucem publicam, & fauentis coronæ plausum, nō  
 ulla ignauia, aut superbia, sed ingenuo quodā pu=br/>
 dore refugisse. Audiuistis eum Michaelis Luuie=br/>
 lœ, Doctoris admirabili uirtutū omniū concentu,  
 & rariſsimis naturæ, atque fortunæ dōtibus præ=br/>
 stantissimi, diuinæ actiones, & innumerabilia,  
 quæ in uirum, grauissimis Reip. Christianæ mu=br/>
 neribus à Deo Opt. Max. destinatū, cadere pos=br/>
 sunt, ornamenta exquisito artificio, & excellen=br/>
 ti cùm uerborum, tum sententiarum copia com=br/>
 mendantē. Quā ex re quantam, prò summe Chri=br/>
 ste! lucunditatem haſiſſemus; quam lētum, ac fe=br/>
 licē hodiernus sol diem nobis attulisset, niſi unuſ=br/>
 quisq; nostrū meminisset, non laudari uiuum Lu=br/>
 uielam, sed mortuum; non iam nostrum, sed alien=br/>
 num; non, ut antea, nobiscum agentem, sed inter  
 cœlites, ut opinor, uersantem; quasi eſſet in fatis,  
 nos in ſumma lētitia, ut eſt proximus uoluptati  
 mœror, lethale uulnus accepturos, & eō lethali=br/>
 lius, quod ab iniquo fatotanti uiri mors inatua=br/>
 ta uideatur, ut noui oratoris laudi, & glorie ſu=

uiaret. Me miserum! Non potuit Alexander Ma-  
 donicus in uitam nasci, nisi, qua nocte monstra-  
 tus est terris, cādem Ephesia Dianæ tēplum, quo  
 nihil habuit antiqua supersticio maius, nihil au-  
 gustius, nihil religiosius, ac sanctius, crudeli incen-  
 dio conflagraret? Non potuit ornatissimus ado-  
 lescens ingenij specimen, & reconditæ cruditionis  
 manus. documentum orbi terrarum dare, sine ultimo pro-  
 pe excidio nostræ Academiæ, sine luctu, & lachry-  
 mis cruditorum, sine iactura præcellentium uirtu-  
 tum, sine illius interitu, qui erat omnium discipli-  
 na magister, charitate pater, omnium disciplina-  
 rum Atlas, totius regni firmissimum columen, uer-  
 itatis uox, quæ non ut ab homine, sed ut à coele-  
 sti quodā numine emissa, & longe, lateq; resonās,  
 mortalium cæcitatem animi in excolenda uirtu-  
 te, surditatem in salutaribus consilijs admitten-  
 dis coargueret, & non modo languorem in exca-  
 quendis Christi præceptis, sed etiam in Deo pie,  
 sancte q; uenerando, amandoq; sopore exprobra-  
 ret? Scindite uestimenta uestra, & accingimini sac-  
 cis, & plangite ante exequias Abner, ait Regius  
 uates David, ad populum conuersus, manibus ea-  
 iusdem uiri summo cum dolore, & tristiciulatu-  
 iusta persoluentem. Habet, uel potius habuit Aca-  
 demia Valentina suum Abner, quem nunc mœsta  
 requirat; cuius desiderio in lachrymis, & luctu  
 setur; quo sublato latitiam omnem abiçiat;  
 atris,

atris, et pullatis uestibus induatur; ante eius exequias float, ac lamentetur.

Deseruerat Abner profligatissimi, et iure cæsi Regis Saulis filium, Isboseth, quasi institutum, et adulterinū dominum, et studia sua, opes, quæ non erant mediocres, et quod omniū fuit caput, maxime industrium ingenium, et à multa belli, pacisq; experientia solertissimum ad Dauidem, uerum, et legitimum Regem conuersa uoluntate cōtulerat. Ut autem gratissimo aliquo, et precioso munere commendatus, facilius sibi uiam ad regium contubernium aperiret, Saulis filiam Michol, primam Michol, Dauidis cōiugem, sed alteri nefario matrimonio iunctam, pernibili furto surripuit, surreptam ueteri sponso, Phaltiel, qui eam nouissimè duxerat, iustis lachrymis. sed nō aquis passibus sequente, restituit. Quo uno facto uir animi maximi sic Regis procerū, ac totius populi uolūtates sibi pellexit, tamq; firmā ab uniuersis gratiam iniit, ut amplissimis honoribus, et grauiissimis muneribus exornandus, ad sedandos rebellium animos, ueroq; regi conciliandos, in auspiciatò mitteretur. Regis enim sanctissimi spē, ciuium optimorum expectationē, et strenui uiri tam fortia quā honesta cōfilia una ambitiosissimi hominis seu a manus, et nū quā cædibus saturata delusit. Ioab siquidē uir sapienti ingenio, et sepe præpropero, ueritus, ne Dauid natura beneficētissimus, et cuiusq; meritissim

Abner  
Isboseth;

Dauid;

Phaltiel

Ioab.

ga premia persoluens, hostem suum, ingentibus  
fese in regis amicitiam officijs sensim, ac latenter  
insinuantem, reliquis omnibus anteferret; statuit  
metu ferox dignatis, non uirtutis, qua una im-  
mortales honores acquiruntur, æmulum è me-  
dio tollere, ut Dauid postea uno ipsius imperio  
pro libidine regeretur. Atque ita media in por-  
ta Hebron, quò illum pene retractum à cisterna  
Sira, & nihil sinistri de dolofo homine suspican-  
tem, deduxerat, quasi illi reconciliari uellet, & in  
eius complexum uenire percuperet, districto pu-  
gione, quem in eum usum ueste contexerat, impo-  
sito ad inguinem mortifero uulnere, confecit. In-  
fonsis uiri miserabile casum tam indignanter cle-  
mentissimus rex optimusq; testatæ uirtutis æsti-  
mator, tulit, ut & iniquissime necks auctorem, &  
auctoris omnem posteritatem diris omnibus, ad-  
iecta prius graui testificatione innocentiae sue,  
deuoueret, & itidem exclamaret;

„ Nequaquam, ut mori solent ignauí, mortuus  
„ est Abner.

Hæc omnia ita doctori Luuielæ, uiro egregie  
pio, integreq; seuero conueniunt, ut non facta,  
sed ficta; non gesta uere, sed à diuini spiritus af-  
flatu concitatis uatibus de eo ante multa sæcula  
prædicta cum uideantur, efficiant, ut nō iam Mi-  
chæl Luuiela, sed Valentinus Abner, non minus  
„ quam glorioſo nomine appellādus censem-  
tur.

tur. Abner, ut auctores sunt grauissimi sacrarum litterarum interpretes, & diligentissimi abstrusarum rerum perscrutatores, lucem patris significat. Hem Luuiela optime! hem uir longe clarissimus Abner: me! hem anime maximis iam perfuncte laboribus, bonorumque omnium, ut credibile est, concursum suum fælicissime! An non tu lux patris, qui multorum mentes ignorantiae tenebris impeditas, & quasi uallatas illustrati sanctissima disciplina? qui rebus implicatis, ac turbidis ex sapientiae sole desumptam candidissimam, ac splendidissimam interpretationis lucem attulisti? qui cælesti splendore totus resulgens, plurimorum ingenij difficillimas quæstiones per tractatibus immortale lumine prætulisti?

Discesserat Abner ab Isboseth pueri Regis offendus insolentia; tu abdicatus corporeis uoluptatibus, spretis naturæ delitijs, terrenis bonis proculcatis, humana omnia despexisti, ipsique Isboset, mundo nimirum, illiusque obsequio renunciasti. Ille Michol Davidis coniugem, quæ alieno in thoro spectabatur, priori marito restituit; tu non unam Michol, sed innumerabiles Christianorum animas Cacodæmonum fraude nefarie proditas, æternis flammis comburendas, & horrendis cruciatibus laniandas, uero Dauidi, legitimoque sponso, Iesu Christo, expiatas omni criminе, & culpam cum summo mœrore, & lachrymis agnoscentes, & delicto.

Michol.

**Phaltiel.** delictorum ueniam deprecantes, Phaltiel (inferorum manum principem intelligite) frustra sœuiente, easq; tanquam suas repetente, aut extorquere tonante, incorrupta fide, tradidisti. Illum Ioab, homo sanguinarius, & inexorabilis impellente iniuria, cæco metu amittendæ dignitatis urgente, vindictæ libidine arma ministrante, adacto per inginem musrone immanissimè necauit: tibi nulla alia res, ut medici peritiissimi, haud infirmis innib.  
**Poab.** xi coniecturis existimant, in summa spe longioris uitæ maturauit interitum, nisi seruata pertinaciter pudicitia, & domita semper cupido, cui à puer sepe reclamanti, sepe ferocienti, sepe imperium detrectanti, frenos continentiae, & castitatis inieceras.

**diuersis**  
 Nequaquam ergo, ut mori solēt ignauī, mortuus est Abner. Sed, amabo, quomodo is mortuus est, qui in hominum linguis, & sermonibus uiuit? Quomodo flendus, qui immortalitate donatus, sempiterno æuo gaudet? Quomodo miser, qui se se immiscens cœlitibus, excussa mortalitatis cæcitate Deum ipsum intuetur, & in eo spectaculo immobilibus hærenſ oculis, inexplicabili iucunditate perfruitur? Quod si nec mortuus, nec flendus, nec infelix est, ineptus, & fatuus sit, qui eius fortunæ, perinde ac afflictæ misereatur potius, quam beatitudini, qua nulla contingere maior potest, inuidet. Nos, nos uerè mortui sumus, quibus fatalis

fatalis hora singulis momentis insidiatur; quosq;  
 dum abest, & semper imminet, graui metu; cūm  
 adest, ingenti mōrōre torquet: nos deplorandi,  
 quos durissimi casus impotenter exercent, ac diue-  
 num numē nostris flagitijs irritatum iniquissimæ,  
 & suo more ludentis fortunæ libidini iactandas  
 & linquit: nos miseri, & erumnost, nisi cuius admi-  
 ramur facta; cuius mortem sempiternæ initium  
 uitæ, specioso quidem titulo, uocamus; cuius lau-  
 des libentissimè audimus, ad illius imitationem cō-  
 formemur. Tu interim, ornatissime iuuenis, da ope-  
 ram. & quantum potes, enitere, ut, quando tam  
 studiose magistri tui uestigia persequeris, eiusdē  
 te breui nostra Academia, ut doctrinæ, laudum,  
 & gloriæ, sic uirtutum, ac sanctitatis, que,  
 equè ac fulgentissimum sydus usque-  
 quaque enituit, intueatur  
 bæredem.

Dixi.

VIN-



# VINCENTII BLASII

## Garcia Valentini in sequentem orationem Prefatio.

( ? )



V S C E P I T uita , consuetudoq; communis, Patres I. uigilatissimi, humanissime Rector, Auditores ornatissimi, ut beneficijs excellentes uiros, uirtutisq; studio flagrantes, in cœlum fama, ac uoluntate tollamus, ut debita ueræ uirtuti merces, et amplissima præmia per soluantur: deinde qui satk sua sponte ad amplexa virtutes, colendaq; optimarum studia literas rū excitatur. Ea spē deliniti, gratia allecli, ijs quæ si stimulis incitati, nequaquam mediocribus acquiescant, sed enixē dent cperam, ut ad altiora, et illustriora, felici aura prouehantur : qui deniq; in studio uirtutis languent, qui negligentes sunt, ac dissoluti, qui obturpem ignauiam. et ignobile opium, in cœnium ignoratione uersantur, clarissimorum hominum gloria concitati ad studium honestatis exardescant. Fieri enim non potest quim, quamvis aliqui stipes, ac trūcus sit, ignauiam abijciat, laborem amet, uitia detestetur. uirtutes exceptat, ignorantiam exhorreat, sapientiae pulchritudine

dine capiatur eorum accensus æmulationes, quo-  
rum laudes intelligit hominum linguis uiuere, ser-  
monibus ali. literarum monumentis inueterascere.  
Habet uirtus multa præmia, sed nullū seipsa præ-  
stantius; At. si ab hoc recesseris, quid, quæso, homi-  
ni, dum infirma hac corporis compage. Et terren-  
nis membrorum uinculis detinetur, contingere po-  
test ad opes utilius. ad laudem illustrius, ad hono-  
res magnificètius, ad quietem certius, ad immor-  
talitatem gloriofius: quam omnium ore spargi, ac  
disseminari in orbis memoriam sempiternam, exē-  
ploq; esse reliquis omnibus; quo uno acuantur he-  
betes, somno consopiti excitentur, remissi, ac ale-  
gentes augustinus incipiunt de se et sentire, et co-  
gitare. Atque ita nihil potuit excogitare pruden-  
tius, nihil inuenire futilius, nihil facere melius cū  
ad utilitatem, ac gloriam Academiæ Valentine,  
tum ad posteritatis commodum, excitandamq; in  
animis hominum rerum diuinarum cupiditatem,  
Vincentius Blasius Garcia. quām Michaëlis Lu-  
uielæ, uiri ornatissimi, omniq; uirtutum genere cla-  
riſſimi, laudes, ac uitam, cum summa sanctitate tra-  
ductam breuiter, summatimq; describere. Neque  
enim huius uiri diuina uirtus eiusmodi fuit, ut silē-  
tio præteriri, aut uetustate senescere, aut obliuio-  
ne deleri debeat. Ex eius autē recordatione quos  
possint presentes, atque etiam posteri colligere  
fructus, homo non sit, qui non uideat, et plenissi-

## V. B. G. P R A E F A T I O

manece fateatur. Suppetet namq; omnium virtutum exempla, que imitari; documenta, que sequi; precepta, que seruare quicunque uoluerit, nihil inuita faciet pœnitendum, nihil obscurum, nihil insolens, aut temerarium, sed omnia cum ratione, atq; consilio ita, ut procul ab eius uerbis insolentia, à iudicio temeritas, à consideratione rerum humanae sum turpis procrastinatio, atq; tarditas absit. Restat hoc unum, ut dicturum post me adolescentem benigne, & attentè audiatis tum ob alia plurima, tum ob illius gratiam, qui dum uixit, innubiliterabilis, & ornamenta, & commoda huic Academi, & Recipib. importauit; qui nostam ex animo dilexit, quiq; (ut à diuina clementia, illiusq; bonitatis sperandum uidetur) pro communis commodo, atq; salute fundit; fundetq; apud Deum non primum militras preces. Distulimus autem in hunc usq; ad diem hanc egregie in doctissimum virum propensi animi significationem; ne eam legem, quam Romani, omnis elegantie, & politioris uite magistri religiose seruauerant, impudenter nos contempsisse, temere uiolasse uideremur. Ita enim tactum fuit in duodecim tabularum legibus. si quis in agro aliquid plantarit, quinque pedes a uice, no abesto: si sicum, uel oleum pedes nouem. Habuerat his diebus preteritis eiusdem argumenti orationem, exultam eleganter, niro artificio politam, & quasi picturatam, honestissimus adolescens

Petrus

Petrus Truol: atque ita indignum videbatur, et in  
 quum plane, nos continuo in publicum prodire,  
 idem argumentum tractaturos, si non pari felici-  
 tate secundaq; hominum fama, non admodum ta-  
 men dissimili diligentia. Erga Academiū, Acade-  
 mixq; proceres charitate. Volumus igitur aliquot  
 dierū spatium inter illius, nostramq; orationem in-  
 terponere, ut quasi argumenti similitudo, o-  
 ratorum uoluntas, atque consilium ar-  
 etissima colligatione deuinxerat,  
 eas interposita morā diffi-  
 miles, ac diuersas  
 efficeret.

Dixi.

## H 2      VIN-



ORATIO IN FUNER

VINCENTII BLASII  
Garcia Valentini oratio in fune-  
re clarissimi Theologi Michaëlis  
Luuielæ, recitata à N. studio-  
sissimo iuuene.

(?)



OLEBANT AEGYPTIJ QUORUM  
MULTA SUNT & COGITATÀ PRECLARE,  
& FACTA PRUDENTER, P. IURATI UIGI-  
LANTISSIMI HUMANISSIME RECTOR, UI  
RI ORNATISSIMI, AD EXHILARANDOS ANI  
MOS, & REFICIENDAS UIRES SESE CONUIUIJS EXCIPERE  
LAUTISSIMIS, & GENIO MEDIOCITER INDULGERE. VERITI  
AUTEM, NE, DUM UOLUPTATES CONSECTANTUR, & LIBE-  
RIUS COLLOQUUNTUR, INDUCTA HUMANÆ IMBECILLITATIS  
OBLIUIONE, MODESTIÆ FINES EXCEDERET, RERUMQ; MAXI-  
MARUM INTERPOCULA, CURAM ABIJCIERENT; LIGNEAM  
QUANDA MORTUI HOMINIS IMAGINEM, SINGULARI PER-  
FECTAM ARTIFICIO, IN MENSA LOCALLANT, UT OBJECTA  
ILLA HORRIBILI, AD HUMANÆ LUDIBRIUM FELICITATIS, CA-  
DAUERIS LIGNEI STATUA, OFFICIJ ADMONERENTUR; RECOR-  
DARENTUR SUÆ FORTIS; COMPRIIMERENT TURBULENTOS A-  
NIMI MOTUS; INTEMPERANTIAM OMNEM RESECARENT,  
& MEMORES, SE TANDEM MORITUROS, REDDITUROSQ;  
DEO ANTEACTÆ UITÆ RATIONEM, LANGUIDIS NEQUAQUA  
LIQUEA

liquefierent uoluptatibus. Sic fiebat, ut qui corpori seruiebant, ab illius obsequio, indulgentiaq; discederent; in conuiuijs, & compotationibus, quibus mens sepe obruitur, ante oculos uersaretur spe etaculum illud triste, ac luctuosum, quod exultantem sepe, & nimis ferocientem libidinem cohibet. animumq; fallaci rerum imagine captum, in cognitionem adduceret sui. Utinā sic uoluisset Deus, ut ad inferendam nostris mentibus humanæ infirmitatis, & caducæ, fragilisq; fortunæ animaduersionem, eandemq; perpetuo excitandam, eiuscemo di statuis, aut saltem externis exemplis indigemus, & clarissimorum hominum interitum procul adspiceremus; alienā potius orbitatem, & luctum, quam nostram miseriam, & calamitatem mœrere mus; externorum lacrymas frænare, & adhibita consolatione dolorem lenire contenderemus. quā domesticis incommodis, & proprijs conflictati cladibus, insipiria, & eiulatus erūpere, ac deniq; infensum huic, & mimicum Academiæ fatum accusare cogeremur. Sed, prob dolor? obliuiscimur iam aliena incommoda; lacrymas uix in expressis explodimus; propria uero uulnera, & saeuissimæ atrocitatem fortunæ lamentamur, & ex uero, solidoq; animi sensu eas lacrymas effundimus, que uestrum, non simulatum, domesticum, non peregrinū, proprium, non externum dolorem præferre uideantur. Contigit idem propemodum nostræ Aca

## ORATIO IN FUNERE

demii, paulò ante florentissimæ, sed nunc misera  
tilcm in modum deformata, & Valentino regno,  
cui Michaël Luviela, vir nunquam sine magno  
uerborum honore ncmmandus, multorum maxi=  
morumq; caussa commodorum fuit, quod olim Po  
lo Histrioni. Is enim, cum plenissimo theatro, &  
paratis omnium ad audiendum animis, acturus fa  
bulam quandam, in qua nescio cuius interitum de=plorabat, exspectaretur; renunciatum est uniuersæ  
concioni, Polum quidem non solum unum aculum,  
sed totam fabulam etatis peregrisse. Subito namq;  
animi deliquio extinctus fuerat Opprimitur ergo  
Academia Valentina co dolore; eo mærore conta  
bescit; ea fortunæ iniquitate cruciatur, ut tantum  
absit, ut alienum dolorē dolere possit, ut suum uix  
misera sustinere queat. Date igitur hoc, & conce=br  
dite mihi, ut in maximo luctu clarissimorum homi  
num, ac acerbissimo, proprio indulgeā dolori; que  
rūmonias effundam maximas: nec orationem, obse  
cro, eleganter. & artificiose excultam, & celeber=br  
imi Doctoris laudes continentem, sed gemitus, &  
ciulatus; nec dicendi artificium, in quo se Orato=rum solet ingenium iactare, sed suspiria, intimorū  
sensuum cruciatus ostendentia, atque singultus,  
uocem in ipsis fauibus opprimentes, ab homi=ne misero, & doloris magnitudini succumbente,  
exspectata. Sinite me, per Deum immortalem,  
de aduersa fortuna gravior, ac christi igne conque-

Alij secus

scripterunt.

ri, accusare auersum à nobis fatum, mortemq; ipsam, optima quæq;, maximeq; necessaria superbè uastantem, et sine ullo discrimine consumentē, detestari. Suppeditabit nubi eloquentiam iustus dolor, eo certius quod animos mihi faciat rei ac quæ dicturus sum. maiestas amplitudo, et ubertatis, quæ tāta est, ut materiā, infinito patētem cuius tardo, et hebeti; quamuis nō querat, obijciat: uestra deinde humanitas, atq; benignitas, est explicatu diffīcillimum. quanto pere me diffidentem, et cui etabū dum, et grāui metu subactum confirmet, audacēq; reddat ad id suscipiendum, quod eloquentissimorū hominum iure fugisset, ac formidasset audacia. Audit is breuiter, atq; summātū Michaelis Luuielæ Theologi maximi laudes, eiusq; uiri uirtutes, cuius nos si uiri boni, id est si grati esse uolumus, habere debemus uitam, ut chrysī allinum speculū, in quo ueram et ad uiuum expressam uirtutū omnium imaginem licet intueri; mores ut unicum specimen. et documentum pīc. religiose, Christiane, sancteque uiuendi; mortem. ut exemplum humane infirmitatis, spem felioris uite, aditum deniq; ad Dei Opt. Max. patriam, ubi, ut credi potest, inter celites degit, atque sempiterno ævo perfruitur.

Apparuit nūct tandem, Audito clarissi., quam sicut ad miserian singulari fato nati uiri precelenti uirtute nobiles; quam eorum uita brevis, anni quam angustis terminis circumscripsi, quando eo

## ORATIO IN FUNERE

celerius ex nostris oculis, gremio, congressuq; subducantur, quò est orbi notior eorum probitas, clarius fama, nomen illustrius. Etenim cum magnus esset Theologorum numerus, in quos antiquum suum in uiros, humana conditione maiores, muidiæ pestilentissimum uirus mors posset effundere, eum tamen è medio sustulit, quem sanctissima disciplina, mores mirè pij ac religiosi, ardenterissimum ueræ, solidæ, germanæq; beatitudinis desiderium, incensa humani generis iuuandi cupiditas, antequam moreretur; immortalitate donaverant. Proditum est ueterum Romanorum monumentis, omniumq; ore decantatum: cùm Romani Deorum hominumque fauore cunctis nationibus formidabiles, & ad libertatem nati, iniquissimo ferebant animo, se alieno imperio parere, eorumque non esse liberas uoces quorum animi nunquam servitutem subijsent; regemq; adolescentem nimis insolenter agentem ægris oculis intuerentur, illius imperium detrectasse, & animis ad rebellionem partis opprimendi tyranni occasionem quæsiuisse; horum autem insolentiam, ut Rex opportune reuunderet, & defensiois auctores graui supplicio afficeret, in causa uisse senem patrem, qui apprehensa legati, quem filius misserat manu, in hortum ingressus, summa papauerum capita amputauit, innuens, si Romanos proceres, uirosq; potentissimos è medio tolleret, fore breui, ut reliqui, alieno

periculo. & nece cantiores facti, dicto essent audientes, & seruire discerent melioribus, nisi tandem, diram illam quidem, & saeuam, subire conditionem uellent. Non aliter sese nobiscum, & cum Academia Valentina mors gessit. Nam quos ingenio, uirtuteq; præstantes uidit, & supra mortalitatem elatos agnouit, in hos graui facto impetu, magna diuinorum hominum stragem fecit, & luctuosissima inuenta solitudine. & uastitate, nobilissimam hanc deformatuit Academiam. Florebat opinione uirtutis, sanctitatis, omnisq; cruditionis loachimus Molina; hunc, uehementer infensa mors tamdiu saeuo, & lento morbo implicuit, donec debilitatis uiribus, & redactum ad incredibilem maciem extinxit. Quid ego de Laurentio Palmyreno dicam? Habet miser, cur ego toties cogor, mihi ipsi quasi manus afferre eius recordatione renouata, qui moriens secum delicias huius Gymnasij abstulit, iunctumq; nobis, orbitatem, solitudinem, & sempiter nam lugendi reliquit occasionem. Tandem Michael Luuielam, Theologorum principem, fidei Christianæ acerrimum defensorem, ueræ religionis patronum, & antiquæ p[ro]mit[er]itatis uirum, ut qui antiquos patres omnibus uitæ actionibus, & exemplo fœliciter exprimebat, ita inuisum. & inimicum habuit, ut is solus, aut nemo aliis exclamare potuerit; præcisa est tanquam à texente tela mea, & cū adhuc ordiret succidit me. Quot homi-

ORAT<sup>I</sup>O IN FVNERE

num millia numerari nunc possunt ; qui confecto  
suæ uitæ cursu ad extremam ætatem peruererunt  
inglorij, & ignobiles, nec sibi utiles , nec alijs fru-  
stuosi: leni tamen , & quieta senectute perfruuntur. In his nullum exercet mors odium ; his blan-  
ditur ; hos quam diutissime superstites esse finit,  
guoniūm , cùm primum inter uiuos esse desierint,  
semper eterna obliuione delebuntur, & ex animis ho-  
minum sic effluent, ac si nunquam uixissent : & iu-  
re ; quia male turpiterq; uixerunt . At Michael  
Luuuela, vir eximia uirtute , doctrina , morum  
puritate , mitre innocentia ornatissimus , quo-  
niam sibi , uiuens adhuc , mortalitate strue-  
bat , subito est ex hominum oculis , non tamen  
ex mente , & linguis ablatus . Voluit namque in-  
uidens Valentini fœlicitati fatum nostras abs-  
cindere spes ; illius conatus impedire . qui hoc uo-  
num agebat , ut eius a ultiорum omnium ex Val-  
entino Regno sentina, Deum Opt. Max. menti-  
bus omni labore puris , religiose coleremus , abdi-  
catisq; impurissimis uoluptatibus , eas consecta-  
remur , que puræ , que solidæ , que immortales  
nullam facietatem pariunt , & tamen omnem uerb-  
infinitam cupiditatem complent , ac satiant.  
Id moliebatur fatum dirum , ac insolens ; id co-  
nabatur ; in hoc uno laborabat ; sed hoc unum ,  
quod minime uolebat , præstitit , nimirum , ut  
quiuis intelligat , noluisse cœlum , cœlites , ac cœ-  
li,

li, cœlitumq; Regem eius præsentia diutius cas-  
 rere, cuius consuetudine, congressu, animi ma-  
 gnitudine, grauitate, constantia, iustitia, integri-  
 tate, & sapientia indigni mortales uidebantur.  
 Hic enim solus fuit, in quo non uel mores erudi-  
 tione, uel eruditionem moribus, uel uitia quædam  
 uirtutibus quisquam, etiam si maledicentissimus,  
 compensaret: sed quem citra delectum ullum, totu-  
 s actuto possimus, ac debeamus effingere. Huius do-  
 ctrinam si quis contempletur, quid rarius? Si uitæ,  
 quid incorruptius? Si eloquentiam, quid admirabi-  
 lius? Si festi uitatem, quid dulcius? Legisti ne unquam  
 apud Poëtas, qui res non modo probabiles, sed e-  
 tiam uerissimas fabularum inuolucris oculere uo-  
 luerunt; Legisti unquam Apollinem aurea cytha-  
 ra, mirabilisq; harmonia, atq; concentu mortales,  
 atq; immortales incredibiliter recreare, ac refi-  
 cere solitum? Legisti Orpheum cantu fidibusq;  
 lapides mouisse, feroces immanium belluarum im-  
 petus fregisse, nemora, rupesq; traxisse, & pe-  
 rennium fluminum cursus retardasse? Legisti  
 Mineruam, omnium scientiarum concursu, artiuq;  
 disciplinis exultissimam cæteris deabus sapientie  
 nomen præceptum, sibi uni uendicosse? Mercuriu-  
 sua illa uirga liberis hominum mentibus dominan-  
 tem? Nouem illas sorores, atque eleganteris lit-  
 teraturæ presides, tum charites cœmitatis, &  
 humanitatis Deos; Heliconia Tempæ, fontem,

## ORATIO IN FUNERE

qui eas uocales redderet, quorum ille aqua suauissima, & salutari stim extinxisset? Legistis Pytho=nam, quam Latini Suadelam uocant, ab humanis mentibus cuncta impetrantem, cuncta extorquen tem? Legistis quidem uel saepe. An uos hæc inania figmenta, aut otiosorum hominum somnia putatis? Non equidem arbitror uos ita ueterum inuenia contemnere, aut monumenta negligere, ut res magni quidem ponderis, atq; momenti, quasq; Mi chaël Luuiela repræsentauit, apud uos ipsos sor dere patiamini. Etenim, quid, quæso, per Deum im mortalem, uox illa hominis dulcis, blæda, molliter, atque suauiter in animos hominum illabens, indexq; diuinæ mētis fuit, nisi Phæbæa Cythara mor talium animos à terrenis cogitationibus abstrahens, & in cœlum attollens; educens abiectissima rum rerum cupiditatem, excitans diuinarum sim; extrahens morbos pestilentissimos, & sanitatem adferens, quæ non Hippocrati, aut Galeno, sed medico cœlesti referri debet accepta? Quis præ terat tam duræ ceruicis? Quis tam stupidus, aut ex ebore dolatus esset, quem non molliret suauitas il la, & quasi Orphica oratio Luuiela? Non exci taret ad pietatem? Non inflammaret ad solidæ beatitudinis desiderium? Age uero illa è candidissimo pectore profluens oratio, lenis, elegans, non illita fucis, non pigmentis insignita, nonne Castalijs fontis perennitates, atque decursus exprimebat?

Eam dum bene nati adolescentes assidue auribus  
 (ut sic loquar) imbibebant, et sermone nitebantur  
 referre, nonne quasi uocales, et diserti efficieban-  
 tur? Porro cum sic eruditio docebat, sic acumine  
 reluctantibus uim inferebat, orationis uarietate,  
 et copia delectabat; quis non uelut praesens Mi-  
 neruæ numen agnoscebat? Quoties autem ho-  
 nestissimis, ijsdemque festiuissimis salibus, ser-  
 mones, quos serebat cum amicis, aquæ facetus,  
 aquæ grauis, codiebat, nonne Veneres omnes, Cha-  
 rites, omnes urbanitates, lepores omnes, atque fa-  
 cetiæ ex eius ore fluere putabantur? Cum inaudito  
 quodam artificio ad aliorum se uoluntates compo-  
 nebat, et quosvis in animis hominum motus exci-  
 tabat, aut excitatos sedabat, nonne Mercurium ip-  
 sum superabat? In huius profecto unius labijs Py-  
 tho illa Flexamina seßitare credebatur: uiuere cum  
 eo, sermones instituere, ab eius ore pendere, eius uo-  
 cem audire nihil aliud erat, quam in Parnassus ne-  
 moribus degere, et delicijs omnibus circumfluere.  
 Denique non desiderabat Musarum chorum, qui  
 cunque aut eius lateri hærebat, aut ab illius disci-  
 plina instituebatur. Quid plura? homo non erat  
 qui non iam uirum hunc (quem nescias natum po-  
 tius ad huius Regni utilitatem, quam ad luctum)  
 propter liberales artes, aut liberales artes pro-  
 pter hunc uirum non inciperet mirari, amare, co-  
 lere. Hic ergo unus nobis erat Orpheus; hic unus  
 Apollo,

## ORATIO IN FUNERE

Apollo, hic unus Minerua, hic unus Mercurius;  
hic Musas, hic Charites, hic Suadelam, hic deniq;  
omnem ueterum felicitatem, & fabulosa numina,  
ablata omni impuritate superstitionis, attulerat.  
O miseram Academiam Valentinam, quæ talem  
uirum, tam importunis, & calamitosis temporis=  
bus amisit? O iacturam doctrine, sapientiae, eru=  
ditionis nullis unquam scutis sarcendiā! O in=  
sanabile uulnus, & eō magis, quod post multa a=  
lia, est huic Republicae ab atrocitate fortune  
impositum. Proh Deum immortalem! nisi for=  
tasse eum frustra appello, qui multas iam alienas=  
tæ à nobis, ob innumerabilia, & nefaria scelera  
nostra, uoluntatis suæ significaciones dedit, quod  
tantum in se Valentīnum Regnū, & Academia fa=  
cītus commisit? quod tantum concepit dedecus, ut  
grani ictu perculta, & quasi attonita nō modo ia=ceat, sed eodem funere cū Atlante suo, atq; patro= no elata, & sepulturæ mandata uideatur? Etenim  
quæ primum tempore fuit nobis tatus, tamq; in or= ni genere laudis, & glorie excellens uir immatura  
morte prærepus, sublata fuit prudentia, quam ne= mo fallere, bonitas, quæ neminē dicipere poterat:  
extincta iustitia, quæ nec deliniri gratia, nec præ= mīs duci, nec pollicitationibus lactari, nec preci= bus flecti, nec metu deterrei consueuerat, quo mi= nus suum unicuiq; tribueret; dissidentes concilia= ret; errantes in uiam reduceret; omnes tandem,  
in quis.

in quibus aliqua melioris uitæ spes effulserat, in officio contineret: erupta fides, & in fide constanza, & in constantia consilium, ita ut fidem nullare non asperitas labefactaret; constantiam nullus uel durissimus, acerbissimusq; casus, nulla longinquitas temporis, atque uetus as tristis inminuet, cum maturo quodā, diuinoq; consilio omnes uitæ suæ actiones metiretur. Tantū in eo pietas in Deum uoluit, ut omnis abesset: simulatio; nihil sicutatum, & mistum cerneretur: sed omnia recta pura, & ex sanctissima disciplina florerent. Contigerat huic, diuino mune re, ingentiq; beneficio, in vindicandis hominum sceleribus, uitæq; ad aerissimum Dei cultum, sanctissimamq; religionem conformanda, iusta seueritas, usque adeo vijs, hominibusq; iucunda, ut nullus, quod est prorsus admirabile, superbie suspicio sub esset, essetq; illius sermo erga omnes mira suauitas te, atque lepore conditus. In administrandis negotijs, quæ illi ad publicam salutem, fidei conservacionem, & elidendis improbitatis, & prauitatis siabris, maxima, & plurima commendabantur, eam adhibuit diligentiam, ut omnis temeritas abesset; omnis festinatio, que non modo periculum crearet, sed periculi suspicionem adserret, excludeatur. Grauitati sic studuit, ut cum levitatis nulla, aut procrastinations nota resideret, omnia suo tempore faceret; & captata opportune rei gerende occasione, deliterandi tarditatem

exigē

## ORATIO IN FUNERE

exsequendi celeritate compensaret. O nos & erum-  
 nos, & Luna quarta natos, quibus uix lux periu-  
 cunda. & salutare apparuit, cum nox statim erū-  
 pens, circumfusis clarissimis tenebris, quiāquid re-  
 liquum fortuna fecerat, obruit, atq; compresbit?  
 Atque mibi, hæc omnia perpendenti, & nouissi-  
 ma primis comparati, uerè guidem exclamasse ui-  
 deri solet Poëta nescio quis in hunc modum: La-  
 crymās morior, lacrymans natus sum, in lacrymis  
 " uniuersam comperi uitam. O genus hominum lamē-  
 " tabile, luctuosum, fragile, caducum, eductum in ui-  
 " tam miserrime extractum celerrime? Quantum  
 " sui reliquit desiderium huic Academiæ uir longe  
 " optimus, & sapientissimus? Quantum Valentino  
 Regno? Quæ præsidia securitatis, quæ ornamenta  
 honoris, quæ decora nobilitatis, quæ monumenta  
 gloriæ amissit templum ipsum maximum, bono-  
 rum sedes, sanctitatis domicilium, ueræ religionis  
 propugnaculum? Iam acerrimi fidei Christianæ  
 defensores, extirpatoresq; prauarū opinionum,  
 & ut loquimur, Inquisitores, uix credibile est, quā  
 eo cum animi sensu, atque dolore confortem san-  
 ctissimi laboris, consiliorumq; omnium participē  
 desiderent, in tanta præsertim bonorum paucita-  
 te? Ille enim multa, atque adeo innumerabilia, au-  
 thoritate sua, oratione ex diuinis hausta fontibus,  
 impetravit, & confecit, quæ uix ferrum, uix uis,  
 uix bella, ac cædes extorsissent. Ille, ille, contuma-

ces, refractarios, & cæca animi obstinatione de-  
prauatos, quosq; neq; mortis turpitudo, neq; igno-  
minia post mortem sempiterna, neq; horribiles flæ-  
mæ, neque æterhi supplicij metus, neq; apud infe-  
ros intolerabiles cruciatus ab insanissimo errore,  
& pestifero sensu deterrere potuerunt, fusis ad  
Deum precibus primum, deinde cœlestium bono-  
rum commemoratione, mox adhibita sacrarum lit-  
terarum uerissima interpretatione, ad extremum  
argumentis rectè, sapienterq; conclusis, pertinacio-  
sis conuictis erroribus, & planè iugulatis, in pri-  
stinam mētis sanitatem restituit, Ecclesiæ vindica-  
uit, ab orci faucibus eripuit, Deoq; Opt. & Max.  
conseruauit. Hæ illum curæ exercebant; hæc illius  
erant oblectamēta; hæc uoluptates atq; deliciæ; hæc  
amplissima sacerdotia; hæc nobiles præfecturæ; hæc  
diuitiæ; hæc una felicitas. Nullius pīj, & docti con-  
cionatoris uox, que semper habita est præcipuum  
Dei instrumentum, ad constituendam in animis ho-  
minum fidem, mouendamq; pietatem liberius est  
audita, iucundius admissa ad animum, firmius, ac  
diutius in omnium auribus perstittit. Nemo confia-  
dentijs, aut maiori auctoritate impia, & pestife-  
ra dogmatarationibus, & argumentis confutauit,  
confutata ex hominum memoria abstersit, abstera-  
sa contriuit, contrita deleuit; ueram ac salutarem  
disciplinam cōfirmauit, ac stabiliuit; catholicæ re-  
ligionis usum, & exercitationem restituit, ac re-

## ORATIO IN FUNERE

nouauit. Quid ita? quia nemo feret tanto labore  
studuit, tanta contentione laborauit, ut uite, ac  
morum suorum exemplo ad bonas partes adduce-  
ret, sacrosancteque religionis studio, & cupiditate  
inflammaret. Erudiebat namque non minus ex-  
emplo, quam uoce: nihil precepit, quod ipse prius  
non exequeretur; nihil imposuit, quod non subi-  
ret. Quid immoror? tota illius uita nihil aliud  
fuit quam salutaris quedam, ac sancta disciplina.  
Laudabatur tamen in eo præter ceteras uirtu-  
tes rariſſimi generis continentia, & inuicibilis  
exempli pudicitia, adeo, ut nunquam sese polluiſ-  
ſe, aut Venerem degustasse; sed nobilissimum uir-  
ginitatis donum anxie atque sollicitè seruauif-  
ſe dicatur. Exierat in solitudinem, desertaque  
loca, ut urbani tumultus, ac strepitus molestia  
liber rerum à natura inuolutarum contempla-  
tioni uacaret. Aesculapius, omnium qui unquam  
ubique terrarum fuerunt medicorum sine ulla con-  
trouersia prestantissimus. Cum autem oculos, ut  
ſæpe fit, uariis in partes, animi gratia, conuertif-  
ſet, atque iam primos laboris, in itinere suscepiti,  
fructus percipere coepisset fortuna, solita ſemper  
illius coepitis aspirare, tunc, si unquam alias ſuæ pri-  
ſtine & consuetudinis egregie memor, uotis arrift.  
Incidit enim, raro quidem, sed felici casu, in quen-  
dam pastorem, qui ſeſe bacillo, que peritissime am-  
babus manibus regebat, à ſeuifſimo, & mortiferū

quomodo virus Dracone strenue defendebat. Hæc  
sit in uestigio medicorū princeps uehementer ad-  
miratus. Et quasi attonitus, quod tamdiu pastor  
adolescens Draconis ultim, impetum, ac pestilentē  
afflatum sustineret; nec sustineret modo, sed imma-  
nis belue caput, ac terga repetitis ictibus uerbera-  
ret, grauiterq; cōtunderet. Accessit ergo propius,  
mōræ prorsus impatiēs, et rei nouitate pellectus;  
cœpit pastorem ipsum à capite ad pedes contem-  
plari, admirari uenustam faciē, in qua tantū beli-  
ci uigor, et ximileq; fortitudinis inesse cōspexerat.  
Etenim qui habitu, et specie agrestis, atq; rusticus  
uidebatur; decore formæ, flore etatis, uiribus ut ex-  
tacita corporis figura cōisci poterat, præalta, litor-  
pe natus apparebat. Cingebat illius caput, elegāti  
caesarie, et grato pallore dilucida, decēter ornatū,  
corona uarijs ex floribus, sertis, et frondibus artifi-  
ciose cōfecta. Illam cū primum uidit Aesculapius,  
suspicatus id quod erat, pastori, acriter cū Draco-  
ne dimicanti, in eaq; tantū cura desixo, ut hostem  
prosterneret, suspensis uestigij appropinquans, e  
capite extremis digitis deturbauit. Vix ea, (mirū  
dictu solum attingerat, cum misellus pastor exa-  
nimatus concidit: breuiq; miserabili mortis genere  
perijset, nisi Aesculapius inopinato casu serruus  
lacētis, ac prope spirantis capiti coronā e qua ful-  
cherrimi iuuent salutem, ac uitā pendere admiru-  
bili experimento didiscerat, exemplo readidisa-  
set. Ea restituta, restitutus est postrato annus,

## ORATIO IN FUNERE

ad eò, ut se, auctus iam uiribus, erigens, acrior ad  
pugā rediret & uim ira fuscitaret. Lætus Apolii-  
nis filius, & mirifice exultans, quod admirabile cō-  
tra uenenati draconis uim mortiferam remedium  
inuenisset, statuit, quinam esset ex multis floribus,  
qui pastoris caput redimiebant, in quo tanti mira-  
culi cauſa lateret, uel cum alienæ salutis discrimi-  
ne, p̄ſcrutari. Contendit ergo ad strenuum, no-  
uiq; generis bellatorem, coronā, fugata prius pe-  
ſtilentissima fera, ē capite aufert: flores omnes ea-  
leganti ſerie defixos detrahit, eosq; ſigillatim, hu-  
mi iam ſtrato pastori (ſubitō namq; deliquio ex-  
animatus conciderat) admouit. Excitari autē, aut  
euocari in uitam non potuit, donec Aesculapius  
ſuprema cura anxius, atq; periculofl̄ſſimum expe-  
rimentum, & experimenti euentum aſcipitem pa-  
uēte animo detestatus, post multos flores cum ap-  
plicuit, qui candore gratiſimo, & ſuauifimo odo-  
re mirus, acutisq; armatus spinis, & Aesculapium  
trifti cura, & pæſcrem indigna morte liberauit.  
Non tam lac lacti ſimile eſt, aut ouum ouo, quam  
hæc cum Michaelis Luuielæ uita, moribusq; con-  
ſentiant Hic, egregius, ac uigilantissimus ouium Ie-  
ſu Christi paſtor ac custos, cum generis humani  
hoſte ſemperno, antiqua ſerpente, acerrime di-  
micauit, cumq; illus caſtiſſimum, & in quo plus  
quam Platonica reſidebat ſapientia, caput coro-  
na omnium uirtutum, ac ſcientiarum uenustiſſime  
cinget.

fingeret; qui innumerabiles uicerat, uictos demis-  
 serat in tartara; demissos, in sempiternos crucia-  
 tus arripuerat, ab hoc uno non modo infectare, u-  
 náue accepta plaga, sed toto capite imminuto se-  
 pe discessit; totiesq; repulsus est, quoties suam fra-  
 etam uim, & non semel ludificatos conatus in il-  
 lum conuertit. Qui istud, queso? Quia inter eos  
 flores, quibus tempora sanctissima prudentiae ple-  
 niissima ornarat, unus erat candore admirabilis,  
 sed spinis armatus, qui ueneni omnem malignita-  
 tem, ac saeuitiam retundebat, encruabat, extingue-  
 bat. Queritis, quinam iste flos fuerit? continētia,  
 castitas, pudicitia; dicā apertius ut soleo, & debeo,  
 uirginitas, pulcherrimarum rerum multo pulcher-  
 rima, sed acutis undiq; spinis horrida. & non pa-  
 rum laboribus exercita. Hęc una reddiderat ho-  
 minem iniustum; fecerat contra omnia, ut sic lo-  
 quar, cacodēmonum terricula impavidū. hęc fue-  
 rat rariissimum contra mortiferum libidinis uene-  
 num, & tela Cupidinis antidotum. Hanc, ut ille  
 conseruaret, retineretq; , quid, proh sancte Christi  
 ste, quid inquam, non pertulit? quid non excogita-  
 uit? quo & non exantlauit labores? quibus se non cō-  
 fecit uigilijs, attriuit curis, inedia, uerberibus? Quis  
 enim non didicit, expertusq; est, quam agrestan-  
 tum Dei Opt. Max. munus, optimęq; parentis na-  
 turae dōnum, quo labore, & sudore conseruetur?  
 sustodiatur? Addam & hoc aliud. Plinium senior,

## ORATIO IN FUNERE

acerrimus earum rerum inuestigator, quas natura  
ab hominum oculis subtraxit, atq; recendidit, au-  
tor est, erui è terra uisceribus ebur lōge candidis  
simū intermixtis durissimis lapidibus; cuius ea sit  
uis, ea natura, ut cadauera in eo condita, à uermis-  
bus, & tabe conseruet efficiatq; ne ulla propemo-  
dum etate, aut carie exedātur. Ebur hoc extractū  
è terra continentia est, aut castitas, cum ea uirtute  
coniuncta, quam sacre literæ humilitatē uocant;  
intermixti lapides labores sunt plusquam Hercu-  
lei, quibus se frangendos obijciunt, & acerrime cō-  
flictat, qui animum omni labe purum, corpus nula  
la libidinis nota inquinatum, nullis impuritatis im-  
pressum uestigijst ueri ac cōseruare pro uirili par-  
te contendunt. Produxit natura; excogitauit ho-  
minum immensa cupiditas, & immoderatum cor-  
poris obsequium innumerabilia delectamenta, bla-  
das delicias, solidæ uoluptatis fucata speciementi-  
bus humanis, doloq; malo blandientes, uoluptates,  
& uoluptatum illecebras: quæ falsa suavitate per-  
mista morum integratati, & puritati insidias ten-  
dere consuescunt, quas dum casti, & integri ho-  
mines uitant, quibus attriti curis, confecti uigi-  
lijs, exhausti laboribus incedunt? Hi sunt lapides  
duri, & horridi, qui simul cum ebore è terra erunt  
punt. Ex hoc ebore constructum fuisse, & ex-  
rectum sepulchrum, in quo Darius Rex maximus,  
& optimus conditus fuit, clarissimi nominis, sum-

inseq; prudentie viri prodiderunt. Darius fertis  
lem. ac fœundum significat; Quis, obsecr., hoc  
nomine clarior, hac laude ill. stror; hac fœcundi-  
tatis fama nobilior extitit. quam Michael Luuies-  
la; is enim cum castitatis. ac puritatis curam ha-  
beret antiquissimam, omittit omnes uoluptates,  
reliquæ studia delectationis; spretuit ludos, iocos,  
conuiua; sermonē etiam pene omnium familiæ-  
rium deseruit. Hinc ergo minus mirandum est, si  
illius nomen, gloriam, eximiasq; uirtutes fama ipso-  
sa in cœlum efferat, & carum memoria in omnium  
mentibus assidue ueretur. Et enim tanta fuit ha-  
bitus dum uiueret, rerum humanarum contemptio,  
tanta honorum disperditionis. tantum ambitionis  
odium, ut, que res alios insolentissimos fecisset,  
cauirum, cœlestibus animis prope parem, mo-  
destiorem redderet, & in sui contentionem quo-  
tidie magis induceret. Vere hic unus uetus, & ui-  
dens in ebore castitatis, durissimos lapides, labo-  
res nimirum immensos & grauiissima onera con-  
tinente, & è terra quasi humilitatis eruto sepula-  
tus iacuit: Et ideo nullis uitys iniquatus, nulla le-  
be pollutus, nullis sceleribus copertus, sed purus,  
mirifice collucens, uirtutibus longe, lateq; co-  
ruscans & innumerabilium discipulorum fœcundi-  
tate felicissimus in cœlum (sic eueniat Christi &  
ete) elatus est. Egressus est i:quit diuinus Vates  
Hieremias, à filia Sion omnis decor ciui; facti

## ORATIO IN FUNERE

, sunt Principes eius uelut arietes, non inuenientes  
,, pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem  
,, subsequentis. Egressus itidem est ab Academia Valen-  
tina pristinus ille uenustatis, & elegantiae desi-  
cor, studiosorum omnium alacritas, & feruentissi-  
mum studium restinctum est; concidit omnis spes  
secundioris fortunae; languescit denique illorum in-  
dustria, qui se totos ad diuinae uirtutis, quae in no-  
stro Doctore (nunquam enim noster esse desinet)  
stupentibus cunctis elucebat, imitationem effingen-  
tes, nihil humile, nihil vulgatum, ac tritum, sed pre-  
clara omnia, & excelsa, & cum perenni gloria  
coniuncta mente cogitationeque complectebantur,  
erantque modo studiosissimis omnibus utiles, ac per-  
honorifici, sed etiam uniuerso regno gloriose. Quid  
uerbis opus est? Actum fuisset de Academia Valen-  
tina; exaruisset omnis flos nobilitatis; uix nunc ba-  
beremus, in quem oculos coniucere, in cuius pre-  
clara uirtute spem reponere possemus, nisi felici  
fidere affulisset labati nostre fortunae Ioachimus  
Mijauila, Gymnasiarcha omni encomio maior.  
Hinc illa uox morientis Luuicula, preclarè à mul-  
tis exaudita fuit: se quamvis sciret inflictum iri lit-  
teris, & litteratis omnibus sua intempesta mor-  
te, lethale vulnera, placidissime tamen mori, in Dei  
patria cœlestiq; domicilio semper uicturum, quod  
superstitem relinqueret eum uirum, qui, ut pru-  
dentissimus, & utriusque fortunæ experiëtissimus,

ita in omni consilio egregie circumscriptus, & causus ad Academie clauum sedes, tanquam peritus, ac fœlix gubernator nauem seuientibus agitatam fluctibus, & uentis metuendis, miserabileq; naufragium minitantibus, saluam, ac tutam in portu collocaret. Nec iniuria: eos enim quemadmodum par coelestis desiderium beatitudinis arctissima colligatōne deuinxerat, ita mirificè utriusq; in regenda Academia congruentes sensus alterum alteri communicatis generosè occultioribus consilijs notissimum reddiderant. Atque, ô Mijauilæ literis, monumentisq; decorandam erga amicum pietatem! O. maximum, & unicum amicitiae documentum! O. amoris vinculum, cuius ne Poetæ quidem fictum pro animilibidine exemplum adferre potuerunt. Etenim quamdiu in amico sensus fuit, semper ei mira sollicitudine, atq; constantia adstitisti, omnibus perfunctus officijs, que intam atrocí præcelentis uiri casu, & intempestiuam morte à diligenter posse. At is in utrumque morbi euētum animo, & cogitatione paratus, peccatis omnibus, que humanae mentis imbecillitas sepe contrahit, rite expiatus, effusa maxima uilacrymarum, & in cœlo totus mente, animoq; defixus, sacrosanctum IESV CHRISTI corpus de manu sacerdotis desumpsit tanta ueneratione, ut cum se inutilem seruum appellaret, & indignum tanto beneficio,

## ORATIO IN FUNERE

pio. & ingenuo ore fateretur adstantium, & inuis  
sentium iudicio, iam cœlo receptus, & immortali  
tate donatus; uersari inter cœlites, diuorum men-  
ſe accumbere, diuino alinectare. & ambrosia cre-  
deretur. Tandem uultu decenter composto, eoq;  
fua uereri pulchritudine intuentium oculis iucun-  
dissimo, qui multorū animas ex unguibus unpurifi-  
morum spiritū erexit Deo obtulerat, suā quoq;  
reddidit. ouantem illam quidem, & de deuiciis hu-  
mani generis hostibus infensijsimis. & ob Christo  
strenue nauitam operam triumphantē. Quid ego  
nunc studiorum sletus? quid piorum hominū la-  
crymus? quid bonorum omnium suspiria? quid orbis  
tatē Academie recenseam? an ut cruentissima uul-  
nera, que obducta quasi obliuionis cute sanata uē-  
debatur; renouata luctuosissimi, & in omnem aui,  
posterioritatisq; memoriam deplorandi diei recorda-  
tione, uehementius recrudecant? Dolendum non  
est, eū ē uita misera, breui, laboriosa excessisse, qui  
cum sacrarum litterarum mysteria diuino ore no-  
bis recludebat, seipsum doctrinæ, atq; memorie  
felicitate supergressus, dignus cœlo iudicabatur.  
Aequum erat præterea, ut qui animi pietate, can-  
dore, constantia priscis illis, atq; sanctissimis au-  
rei. & uere Christiani seculi patribus equabatur,  
cœlitibus ipsis misceretur; id quò facilis asseque-  
retur, exuenda mortalitas illi fuit; deponendum  
grauis corpus; deserendi mortales, adeundi cœa-  
lestes

festes spiritus; in quorum cœri collocauit p̄emna  
 caperet bene reactæ uitæ à Deo Opt. Max. con-  
 stituta. Et certè, quid erat iam in uita, cur uiuere  
 diutius uellet? An ut ampliorem maximarum re-  
 rum supellectilem compararet? At nibil erat uel  
 præstantis doctrinæ, uel reconditæ artis, quod ar-  
 dens eius ingenium, & semper uiuidum lateret.  
 An ut adeptus uirtuti debitos honores, se, suosq;  
 omnes, & patriam nobilitaret? At gloriſſius est  
 ſpreuiſſe nobiles p̄fecturæ, & opima sacerdo-  
 tia, quam habuiſſe. Quidq; id, uerenda ſemper eſt  
 fortuna, que ſepiſſime, ut impatiens, & ſeuo mo-  
 re instabilis, infestaq; uirtuti, ita ſuperbe, ac trucu-  
 lenter, quos extulit propitia, aduersa deturbat.  
 An, ut ex eius cōſuetudine, atq; p̄ſentia uberio-  
 res fructus perciperemus? Id quidem eſſet noſtrū  
 incommodeum, non eius iacturam mœrere. Noſ er-  
 go te, anime cœlo recepte. quanquam ex meritis  
 pietate haud dubie cœlesti fœlicitate beatum, fru-  
 stra ſingulis horis cum fleture requiramus; tamen  
 tuo bono, & felicitate longe maximalētari debe-  
 mus; niſi tibi malorum finein; & perenis boni par-  
 tam poffeſſionem impie, aut impudenter inuidea-  
 mus. Caſtus ergo, Auditores ampliſſimi, purus, in-  
 teger, incorruptus, bonis etiam ſtudijs, atq; artis  
 buſ expolitus, leni quodam, ac facili lapsu, Mi-  
 chaël Luviela a naturam ſuſimilem, id eſt, ut pie  
 coſiderimus, ad Deum Opt. Max. peruolauit. Dixi.

RECUSA. EO. QVAB

VINCENTIUS BLA-  
SIUS GARCIA VALENTINUS LAUREN-  
TIO PALMYRENO PRIMÆ CLASSIS  
PRAEFACTOR S. P. D.



Go vero, preceptor optime, mihiq; multi-  
nomini bus charissime, incredibili cumu-  
lor gaudio, tibi q; non vulgares ago gra-  
tias pro ea, qua me, meaq; omnia charita-  
te complector. Non enim mihi tam vti-  
le fuit, habuisse te olim (Dij immortales quem virum!)  
in eloquentia Romana studijs preceptorem, quam gloria  
sum nunc est, eundem vitæ ducem, morum censorem, scri-  
ptorum iudicem, ac emendatorem agnoscere. Id cum meo  
nullo adductus merito, sed Christiana tactus religione, ta-  
go studio, tanta contentione & diligentia facias, tam me  
tibi debere fateor, quantum hominem homini debere fas  
est. Haec nimirum sunt actiones, viro integerrimo digne,  
digna eloquentie Doctore, Palmyreno autem viro inte-  
gerissimo, & eloquentissimo longe dignissima. His gradi-  
bus, hac pietate, hoc iunandi generis humani ardore, homi-  
nes illi, antiquæ simplicitati, in cælum adscenderunt: que-  
rum tu cum facta diligenter imiteris; vitam vita expte-  
mas: eorumdem gloriosum si speras exitum, iure facias: &  
ut semper facias, antores tibi illi sunt, quorum est de re-  
bus humanis iudicium laudatissimum. Didicisti siquidē  
vel etate doctus, vel multorum exemplis admonitus, re-  
ete factorum premia à Deo potius, quam ab hominibus  
expectare, omnemq; gloriam nō in verborum honore, sed  
in ipsa re, atq. adeo in virtute collocare. Causa ergo putes,  
contigisse mihi in vita quidquam vel ad utilitatem me-  
lius,

Ihus, vel ad famam honestius, vel ad honorem amplius, vel ad celebritatem nominis illustrius ista tua in meis scriptis corrigendis officiosa diligentia. Perge, queso, in hoc preclaro, divinoq; sensu: retine in bene agendo perpetuitatem: moli in tam excellenti opere defatigari: docē nos, doce postores, quam cautē, quam sollicitē, quam anxiē, scribendum sit, his praesertim temporibus, in quibus obtrēctandi libertiam maximam maxima est impunitatē consecuta. Quod si feceris: facturum autem qui te probē noctūnt, non dubitant: & tibi ipsi, cuius est maximū in Hispania nō men, & mihi, qui quidquid disserit oraculum putabo, gloriose consules: nec modo meam, sed tuam itidem caussam ages. Tuam primum: quia nō tibi mediocri erit laudi, si pererebuerit, tē nō solum ad eloquentie fontes digitum intendisse, sed eos etiam generose cunctis mortalibus aperteuiisse: meā deinde; quia notior mihi factus, circūspectius scribam, & diligentius cauebo, ne quidquam in meis scriptis deprehendatur, quod grauium vitiorum censuram, & iudiciumque pertimescat.

**S**tultus ego, qui me ab **A**nio Paleario, satis laudato nostra etatis auctore, decipi imprudenter passus sum. Is enim, Ciceronem imitatus, in oratione de prudētia scripsitum reliquit; Speciem quandam videre videor rēmisiſſe diu mundi, cion M. Tullio, remissentis Rēpubl. dixisset. Hinc mihi facile persuasi, & scula renūscere, si & mīsus, & Rēpubl. & dignitas, & Senatus renūsceret ex eorum sententia, quorum valere plurimum apud eruditos debet auctoritas. Sed quid: nonne satis est tolerabilis metaphora: nisi forte laudabilem nullam putas, præter eam que M. Tullio familiaris fuerit. Si ita sentis, cur, amabo, tanto labore illius pcepta nobis in tuo de Rhetorica libro tradidisti, quæ nūllo plus orationem adsuauit, quæ bellō utiles sunt in tabula picti milites? Recognosciam tandem disciplinam tuam; & hīc nos errore quās prius libe-

Secula rēm  
uiscent.

libera per humilitatem, quam in te admirantur omnes; utinam imitari vellent, perque triginta annos, quos in studienda, & ad virtutem pariter, atque ad Romanam linguam inservienda suavitate consumpsisti. Quare, aut eleganter iste: coniungentur, secula reuiniscunt, aut inscit: & condemnandus Palearius, & è medio sonor-  
de metaphoræ, nisi quas M. Tull. vsu triuerit: aut aliud substituendum verbum, quod eum saeculi nomine, exem-  
pli ciceronis, copuletur. Nec est, quod secula redire, aut re-  
uerti, dicas probatam esse loquendi rationem, eamq; à no-  
bis, Romanae eloquen: & studiosis, usurpari tuto posse con-  
zendas. Ista siquidem duo apud M. Tullium, quem tu vnde  
cum admiratus, & sequeris, nec ego aliter sentio, tam in-  
usitata sunt, nec paulò minus, quam secula reuiniscunt.  
Vides in quas sit res angustias detrusa: non probas hanc  
phrasim, ut minus Ciceronianam: meliorem doce, cuius sit  
apud Ciceronem usus frequentissimus.

Sed age, sit conditio par; quicd tibi licere vis, & mihi li-  
ceat Antonium Ioannem Andream, adolescenti philosophi  
studiosum, Eclogi, publico laudaturus habere  
(concolor) nec Ciceronianam, nec valde Latina semel, &  
iterum usus es. Dionysium Martinum, adolescentem  
manissimum, commendaturus, dixisti sapientius; Nobis proprie-  
nis Dionysium. Ego representans, aut agnoscens effigie, dō  
xissem potius: Quod faciam: alia non novi, nec, sive contem-  
tus, meliora querenda mihi esse duxi: Consueti sunt, pro-  
soliti sunt, arbitrabar, ante a stolidus, & in Cicerone pla-  
ne catus, nec dici posse, nec debere. Quod si curius auctorita-  
tate fatus, dixeris, benigne duchem, à studiis omnibus  
gratiam inibis singulariem, modo à Cicerone, aut à Ce-  
sare non recedas. Legi namque apud Terentium, optimam  
latinitatis auctorem, consuetum amorem, & apud Plau-  
tum consuetissima verba: at istorum neuer est Ciceron-  
ius tu non: ne illud dicendi genus, secula reuiniscunt;  
seuere

Concolor.

Proponis

Dionysium.

Consueti  
sunt.

seuere cōdemnāt. Quod si aquīor tibi. Se velim,  
 & Terentij, atq. Plauti exemplo ut in istam usurpare  
 te sinam; quā potero cōcedere, ut in agēti roce, consuetū  
 sunt. & non in patiente, ut Grammatici loquuntur, usus  
 pes. Nam, si accuratē, quā à Grammaticis didicis, eorum  
 memoriam recolo, statim inuenio huius verbū consueco  
 prateritū effe consueci: non consuetus sum, vel fui. Quia  
 in re. st Grammatici praeceptores decepti sunt. & maij  
 fraudem compuerunt, ab ijs proculdubio mercedēm repe-  
 tam [Dionysium] es, sed non Dionysium illum] nullo inter-  
 posito verbo, ē quo quarens ille causas pendeat, in eodem Ec-  
 logio dixisti: Id qua ratione tueri possis, etiam si me in om-  
 nem partem mentis cogitatione conuertam, nō inuenio,  
 atque hoc tibi non significasse, nisi litterati quidam vi-  
 ti, pro sua auctoritate, que maxima est, persuasset. Af-  
 lia nonnullas, quā in tuos editos libris, quos antiquitati an-  
 dactet oppono, mihi parum probantur, sicutasse, quia non  
 intelliguntur, secunda hebd: mada profetim, fratre in  
 hochonesto, laudabili, & officioso labore mihi nequa-  
 quam cesserum. Vale, & me ita ama, & si quid de iude-  
 cito, nihil de benevolentia detrahatur.

Dionysius  
es, sed non  
illum.

### Benevolo Lecto:

V Tque vacua futura fuerāt pagina impletentur, vī-  
 sum est ad ostendendam cunctis hominibus L. Pal-  
 myreni doctissimi, & eloquentissimi viri humanitatem,  
 qui tā modeste passus est admoneti à me, epistolam sāc-  
 scholarum foribus olim affixam, in qua nōnullas, quā vir  
 humanissimum meis in Eclogis reprehenderet, defendim  
 tur, apponere. Et nehercule si nūc idem ipsum faceret: no-  
 bis licet, comprimerentur facile multorum orā, qui suā  
 doctrinam magnificū verbis videntaytes, alienam lepro-  
 mentes, sua se iactant in aula, insolenter in nos maledicta  
 dicunt, eq̄; reprehendunt, tanquam parum r̄stari. qui-  
 bū sit vītationis nihil.

Et Rull. 2. in  
antepenulti-  
ma periodo,  
hodierna die  
legitur

**Nam** solœcismum incidisse contendunt, quod  
[hodierna a se] in effatione quadam dixerimus, cum hæc  
legantur in Verris 81.b. Ex eadie in hanc diem qua feci  
isti, in iudicium voco, ignorantia suæ, & stulte vanitatis  
pœnas iamdiu dedissent: ideoque meliores facti, & prudē-  
tiores, minus se amare inciperet. Ecque sunt, obsecro, ista  
portenta, quæ sepe ab istis scripta sunt? E tælo promana-  
gus: nullo sermone consequi potest: lautissima prudentia:  
defidia in minimis ponenda, ad opus redigere, dictum est  
ab Apolline, & etiam à Phœbo: Et puer ille fuit canta-  
ri dignus, & ista: cantari media brevi, cum sit præsens  
infiniti modi verbi cantor, aris, tempus. Sed et trumpet al-  
quando vera vox, quæ istorum inscitiam, & ignorantiam  
destrarum orbi reserabit, quæ nacta patronos, & fautores  
sui similes cum sapientiæ maximo dolore impunere regnat,  
eruditisq; viris insolenter, & palum insultat. Speramus  
sequidem post cerebras lucem, post caliginem Solemis, post  
turbulentam tempestatem, tranquillitatem, & potum,  
ubi Deum ente praefixa, & Academiæ fructuosi Valen-  
tina, superata rni inuidia, fractisq; imperitorum consi-  
lijs, conquiesci possimus. Vale candidissime Lector, no-  
stroq; insto dolo condona. Nam cum isti linguam non  
monerentur, stylum qui possumus temperare?

A L E N T I A E.

Ex Calcographia Viduz Petri  
Huete, in platea herba-  
ria. 1581.